26 July 1461 Philip of Burgundy (117bis)
48. 13 June 1464 Lodovico Petroni (153v); the 'Carmen de deditione  
Genuensium' mentioned in 31 July 1464 Lodovico Casella (155) is  
probably identical with De iocis et seriis VIII (Ambros. G 93 inf.,  
ff.168-182).
49. 14 Apr. 1477 Cicco Simonetta (R.II, 451-453)  
25 July 1478 Nicodemo Tranchadini (Ricc. 834, f.15v)

Notes to chapter IV, 10: FRANCESCO FILELFO'S RELATIONS WITH THE GREEKS

1. A. Calderini, Ricerche intorno alla biblioteca e alla cultura greca di Francesco Filelfo, Studi Italiani di filologia classica 20 (1913), 204-424. Calderini takes too narrow a view of the range of Greek authors known to Filelfo, although it is true that Filelfo preferred easy encyclopaedias or extracts to the difficult and sometimes inaccessible originals.
2. 27 Mar. 1458 Bessarion (101v):  
Nam quid habemus memoratū dignum, quod a Graecis non acceperimus?
3. 23 Mar. 1461 Alberto Scotti (131bis)  
28 July 1465 Angelo Decembrio (L. 116-117)  
30 Apr. 1469 Leonardo Grifo (209v)  
29 May 1473 Lorenzo de' Medici (259v)
4. 11 Mar. 1454 Giachino and Ambrogio (83v)
5. G. Castellani, Giorgio da Trebizonda, maestro di eloquenza a Vicenza e a Venezia, Nuovo Archivio Veneto 11 (1896), 123-142  
J. Monfasani, George of Trebizond (Columbia D. Phil. thesis 1973)
6. 28 July 1465 George of Trebizond (175)
7. 28 Aug. 1453 George of Trebizond (80)
8. Cfr. p. 168
9. A. Gercke, Theodoros Gazes (Greifswald 1903)  
E. Legrand, Bibliographie Hellénique (Paris 1885) I, xxxi-xlix  
J. Irmscher, Theodoros Gazes als griechischer Patriot, La parola del passato 78 (1961), 171-173
10. 19 Oct. 1440 Theodore Gaza (L. 40-41)  
24 Oct. 1440 Cato Sacco (28v)
11. 24 Oct. 1440 Theodore Gaza (L. 42-43)  
4 Nov. 1440 Cato Sacco (28v)  
15 Nov. 1440 Theodore Gaza (L. 43-44)
12. Laur. 32, 1; also Vat. gr. 1334 was written by Gaza for Filelfo.
13. 23 Jan. 1448 Bessarion (41)  
15 Oct. 1448 Bessarion (41v)
14. L. Mohler, Aus Bessarions Gelehrtenkreis (Paderborn 1942), pp. 574-576
15. 31 Dec. 1471 Theodore Gaza (L. 152-155)
16. L. Mohler, Aus Bessarions Gelehrtenkreis (Paderborn 1942), pp. 589-592. Alternatively, this letter in which Gaza acknowledges the receipt of a copy of Filelfo's letter to Ercole d'Este (6 Sept. 1471) could be the one received by Filelfo on 5 Dec. 1471; cfr. 5 Dec. 1471 Nicodemo Tranchedini (243).



17. Migne, Patrologia Graeca 161, coll. 997-1006
18. Laur. 58, 15: I, 3; II, 3; III, 2; published by E. Legrand, Cent-dix lettres grecques de Francois Filelfo (Paris 1892), pp.200, 205, and 215.
19. 23 Sept. 1456 Alfonso (95v)
20. 28 Feb. 1446 Francesco Barbaro (38v):  

... unus Theodorus Gazes mea sententia caeteris Graecis omnibus et litteris praestat et eloquentia, non hac inquam Libaniana garrulitate, sed eloquentia illa prisca, qua et Demosthenem et Aeschinem et Lysiam ... usos legimus.
21. DBI IV, 129-131  
 G. Cammelli, Giovanni Argyropulo (Firenze 1941)  
 18 May 1456 Thomas Coronaeus (94)
22. 13 Apr. 1441 John Argyropoulus (L. 50-53)  
 13 Apr. 1441 Pietro Pierleoni (30v)
23. 18 May 1456 Thomas Coronaeus (94)  
 31 May 1456 Donato Acciaiuoli (94v)
24. 5 Nov. 1457 John Argyropoulus (L. 90)  
 13 Nov. 1457 John Argyropoulus (L. 92)  
 26 Feb. 1458 John Argyropoulus (L. 100-101)  
 4 Oct. 1458 John Argyropoulus (L. 103-104)
25. Laur. 58, 15: I, 11; I, 14; III, 13; published by E. Legrand, Cent-dix lettres grecques de François Filelfo (Paris 1892), pp.199, 201 and 218.
26. 18 July 1474 John Argyropoulus (L. 178-180)
27. 1 June 1475 Lorenzo de' Medici (App. XXV); the letter had been published by Rosmini II, 389, but Benaducci in republishing it messed it up completely for he must have turned from p.389 to p.386, printing as the second half the last part of the letter to Gabriele Pavero Fontana (15 Apr. 1475).
28. 30 June 1475 John Argyropoulus (L. 182)  
 21 Aug. 1475 John Argyropoulus (L. 182-184)
29. 21 Aug. 1475 Alamanno Rinuccini (L. 184-185)  
 21 Aug. 1475 Donato Acciaiuoli (L. 185)
30. G. Cammelli, Giovanni Argyropulo (Firenze 1941), pp.155-157
31. G. Cammelli, Demetrio Calcondila (Firenze 1954)
32. Ibid., pp.29 and 55.
33. G. Cammelli, Andronico Callisto, La Rinascita 5 (1942), 104-121, 174-214  
 A. Perosa, Inediti di Andronico Callisto, Rinascimento 4 (1953), 3-15

A. Diller, Three Greek scribes working for Bessarion: Trivizias, Callistus, Hermonymus, IMU 10 (1967), 403-410

Andronicus Callistus of Constantinople has to be kept apart from Andronicus of Gallipoli, Filelfo's correspondent in the 1450s. He lived at Pavia and returned in 1466 from Spain; cfr. 6 Aug. 1466 Catanio Spinola (189) and 23 May 1456 Andronico of Gallipoli (L. 80-82).

34. E. Motta, Demetrio Calcondila editore ..., ASL 20 (1893), 153 gives the relevant document of 21 Mar. 1475.

35. 1 Jan. 1461 Palla Strozzi (118v)  
28 Jan. 1461 Palla Strozzi (119)  
19 Apr. 1461 Palla Strozzi (121bis v)

36. 31 Oct. 1464 Alberto Parisi (162)  
21 Mar. 1465 Andronicus Callistus (L. 115-116)

37. 28 Aug. 1466 Andronicus Callistus (L. 123-125)  
21 Jan. 1469 Theodore Gaza (205)

38. 6 Feb. 1473 Lorenzo de' Medici (B. 193-194)

39. E. Legrand, Bibliographie Hellénique ... (Paris 1885) I, clxiii-clxiv

G. Cammelli, Demetrio Calcondila (Firenze 1954), p.42

40. 21 Jan. 1458 Demetrius Castrenus (L. 99-100)  
1 Mar. 1458 Demetrius Castrenus (L. 101)

41. E. Motta, Demetrio Calcondila editore ..., ASL 20 (1893), 144-152

42. Cfr. p. 180

43. G. Cammelli, Demetrio Calcondila (Firenze 1954), pp.14-15  
M. Vogel/V. Gardthausen, Die griechischen Schreiber des Mittelalters und der Renaissance (Leipzig 1909), p.105

44. Laur. 81, 13; Leyden Scalig. 26

45. 13 June 1451 Andrea Alamanni (65):

... Modo intelligas eum esse Demetrium, qui cum gravitate ac vero nihil habuerit comune unquam ...

46. 9 Nov. 1473 Demetrius Sgouropoulos (L. 169-173)  
9 Nov. 1473 Ladislaus of Pannonia (Triv. 873, ff.453v-454):

Demetrium Sgouropulum commendo tibi maiorem in modum ut virum perhumanum ac frugi et hominem perpulchre litteratum et doctum, quo etiam ipse sum domi meae non parum temporis familiarissime usus. Addo etiam illud, quod ex omnibus Graecis neminem vidi, quem linguae bonitate suavitateque sermonis vernaculi uni isti Demetrio anteponam. Ita enim loquitur in sermone quotidiano et populari, ut merito dici et existimari possit.

47. 29 May 1454 Guillaume des Ursins (85v)

48. 23 Oct. 1454 Thomas Coronaeus (L. 73-77)
49. 24 July 1455 Guillaume des Ursins (89)  
31 Dec. 1455 Thomas Coronaeus (91v)
50. 24 July 1455 Guillaume des Ursins (89)  
19 Sept. 1464 Lodovico Casella (159)
51. 1 Apr. 1463 Giacomo Ammanati-Piccolomini (128v)  
27 July 1465 William of Montferrat (172v)  
11 Oct. 1466 John Argyropoulus (L. 125-126)
52. 23 Oct. 1455 Lodovico Gonzaga (90v)
53. 24 July 1473 Giorgio Merula (265)  
24 July 1473 Lodovico Foscarini and Bernardo Giustinian (265v)  
15 Aug. 1473 Niccolò Ceba (Triv. 873, f.448v)

Notes to chapter IV, 11: FRANCESCO FILELFO'S RELATIONS WITH FRANCE

1. L. Rossi, Lega tra il duca di Milano, i Fiorentini e Carlo VII re di Francia, 21 febbraio 1452, ASL 33 (1906), 246-298.
2. 17 Feb. 1451 Charles VII (55); this letter proved to be one of the most popular rhetorical calls for a crusade. No other Filelfian letter has been preserved in so many copies.  
Cfr. R.L. Gualdo, Il Filelfo e i Turchi. Un inedito storico dell'Archivio Vaticano, Annali della facoltà di lettere e filosofia dell'Università di Napoli 11 (1964-1968), 109-165
3. On 1 Oct. 1452 the letter had not yet been posted: 1 Oct. 1452 Giacomo da Camerino (72); on 22 Nov. 1455 Filelfo sent a copy to Guillaume des Ursins (91)
4. L. Battifol, L'origine italienne des Juvenal des Ursins, Bibliothèque de l'école des chartes 54 (1893), 693-717  
A. de Bouard/Ch. Hirschauer, Les Jouvenel des Ursins et les Orsini, Mélanges d'archéologie et d'histoire de l'école française de Rome 32 (1912), 49-67  
L.J. Salvini, Un évêque de Poitiers, Jacque Jouvenel des Ursins, Bulletin de la société des antiquaires de l'ouest et des musées de Poitiers (1961), 85-107  
I owe these references to Mr. P.S. Lewis.
5. 27 Jan. 1453 Guillaume des Ursins (74)
6. 19 July 1455 Guillaume des Ursins (89)  
31 July 1455 Guillaume des Ursins (89v)
7. 24 May 1454 Guillaume des Ursins (85)  
23 Oct. 1454 Thomas Coroneus (L. 73-77)
8. 26 Oct. 1455 Thomas Coroneus (90)  
13 Nov. 1455 Guillaume des Ursins (90v)  
Ode I, 1; I, 4; III, 1; V, 1 are addressed to Charles VII of France.
9. 15 Mar. 1456 Guillaume des Ursins (93v)  
18 May 1456 Thomas Coroneus (94)  
16 June 1456 Antonio Panormita (95)  
16 June 1456 Sigismondo Malatesta (95)  
16 June 1456 Pietro Pierleoni (95v)  
2 Nov. 1457 Cicco Simonetta (B. 136)  
10/15 Dec. 1457 Francesco Sforza (B. 137-138)  
Also the poems in 'De iocis et seriis' (Bergamo Δ VII 25, f.3v; Ambros. G 93 inf., ff.224-224v; and ff.3v-4v) fall into this period of winter 1455/summer 1456.
10. 8 June 1456 Thomas Coroneus (95); from a comparison of the date of this letter with that of the letters quoted in the preceding note it appears that on 15 June Filelfo received some vague promise or an unofficial report that a Milanese passport would be granted. After 16 June it then turned out to be a false rumour.

11. 3 Mar. 1460 Guillaume des Ursins (111v)  
 29 July 1461 Guillaume des Ursins (120bis)  
 Even after Guillaume's reinstatement as chancellor of France in 1465 Filelfo did not try to reapproach him.
12. 19 Oct. 1461 Louis XI (120bis v)
13. 5 Feb. 1464 Lodovico Gonzaga (B. 149-150)  
 26 July 1461 Philip of Burgundy (117bis)  
 Cfr. K. Bittmann, Die Ursprünge der französisch-mailändischen Allianz von 1463, Akademie der Wissenschaften und der Literatur Mainz. Abhandlungen der geistes- und sozialwissenschaftlichen Klasse (1952), 1-76.  
 B. de Mandrot, Dépêches des ambassadeurs milanais en France sous Louis XI et Francois Sforza (Paris 1916-1923)  
 B. Buser, Die Beziehungen der Mediceer zu Frankreich während der Jahre 1434 bis 1494 in ihrem Zusammenhang mit den allgemeinen Verhältnissen Italiens (Leipzig 1879)
14. 13 Apr. 1469 Louis XI (209)  
 9 Oct. 1478 Lorenzo de' Medici (B. 238); some time before this letter Filelfo had evidently written a letter to Louis XI, now lost, a copy of which was then sent to Lorenzo de' Medici.
15. 28 July 1476 Ferdinand of Naples (Triv. 873, ff.535-538):  
     ... Rex Lodovicus, qui omnia metitur pro innata ac patria levitate ... Didicit ille semper omnem spem salutis in fuga ponere ...
16. 5 Apr. 1474 Charles of Burgundy (Triv. 873, ff.459v-464)  
 5 Apr. 1476 Charles of Burgundy (Triv. 873, ff.520-522v)  
 4 Mar. 1476 Cicco Simonetta (B. 217-218)
17. 12 Apr. 1474 Jacques, count of S. Martin (Triv. 873, ff.464v-465)  
 13 May 1474 Marco Aurelio (Triv. 873, f.466)  
 3 Aug. 1474 Raimondo Marliano (Triv. 873, f.473v)  
 13 Nov. 1474 Raimondo Marliano (Triv. 873, f.487)  
 5 Aug. 1475 Sforza Secondo (Triv. 873, ff.494-496v)
18. 28 Feb. 1436 Enea Silvio Piccolomini (R.I, 145-146)  
 28 Feb. 1436 Giuliano Cesarini (R.I, 146-147)
19. T. Liebenau, Ein Brief von Filelfo, Katholische Schweizer Blätter (1898), 504-505
20. 23 Aug. 1463 Giovanni Roto (137v)

Notes to chapter V: CONCLUSION

1. Cfr. pp. 103, 149

App. XCVIII, C, CI

Antonio Tebaldeo's poem to Filelfo in Vat. lat. 2835, ff.20-20v.

Ugolino Verini's poem to Filelfo in Laur. 39, 40, ff.51v-52 and

Vat. Barb. lat. 2028, f.43; cfr. A. della Torre, Storia dell' accademia platonica di Firenze (Firenze 1902), pp.687-691.

Cantalicio's poems to Filelfo in Firenze, Soc. Colombaria 218, ff.41v, 32(?), 50v(?), 62v(?).

P.S. Martini, Un carmine di Lorenzo Vitelli sulle origini troiane di Corneto, IMU 15 (1972), 347-354

2. Epitaphs were composed by Baldassare Masserio (Bodl., Lat. misc. c. 62, f.82), Niccolò Seratico (Ambros. Q 31 sup., ff.17v-18v), Giacomo Filarete Torresani (Triv. 627, f.8v) and D. Plovio Archilogo da Venezia (Triv. 659, f.61v). Cfr. the posthumous defence of Filelfo, presumably against Giorgio Merula, by Pietro Salio, printed as an appendix in the printed editions of the 'Exercitatiunculae'.

3. D. Erasmus, Opera omnia (Amsterdam 1969) I, 1, pp.203-205; I, 2, p.661.  
Cfr. Opus epistolarum Desiderii Erasmi Roterodami, ed. P.S. Allen (Oxford 1906-1956), I, 4; III, 211, 334; IX, 108, 176, 270; X, 42.

4. L.G. Gyraldus, De poetis nostrorum temporum, ed. K. Wotke (Berlin 1894, Lateinische Literaturdenkmäler des XV. und XVI. Jahrhunderts 10), p.23  
P. Giovio, Elogia doctorum virorum (Basel 1556), pp.42-45

A P P E N D I X

## I

ORATION FOR THE MARRIAGE OF FRANCESCO DE SANTA ROSA AND  
GIOVANNI MARLIANO (16.XI.1441)

(Text established on the basis of Ambros. M 4 sup., ff.195v-197v  
= A; Ambros. F 55 sup., ff.6v-8v = B; Firenze, Ricc. 779, ff.  
213v-215 = R; Laur. Strozzi 105, ff.26-29 = S; Vat. Barb. lat.  
43, ff.67-68v = V)

Francisci Philelphi epitalamion habitum in nuptiis illustris  
pudicissimaeque puellae dominae Johanninae domini Alberti  
Marliani filiae desponsatae ingenuo adolescenti Francisco  
domini Urbani filio ex familia Sanctae Rosae

Quam faustum felix fortunatumque duci debet sacrosanctum  
5 laetissimi et bene convenientis coniugii vinculum, patres am-  
plissimi et clarissimae matres, cum permultis aliis argumentis  
et rationibus demonstrari queat, tum vel imprimis pulcherrimo  
illo atque perurbano sapientissimae antiquitatis figmento, quo  
non indocte Cecropem fabulantur superioribus corporis partibus  
10 virum, inferioribus autem alii bestiam fuisse, alii mulierem.  
Fuit sane is Cecrops rex vetustissimus idemque legum lator  
illustris, qui Aegyptius genere eodem tempore apud Athenienses,  
quo sapientissimus Moses apud Hebreos floruit. Quod autem bi-  
formis fuisse perhibetur, id hanc habet rationem: Quod, ubi  
15 Athenarum urbem is condidisset, quam a suo ipsius nomine Ce-  
cropida appellari voluit, et homines, qui in silvis ac montibus  
nullis domiciliis, nullis certis nuptiis, nullo denique  
vitae cultu passim ritu ferarum vagarentur, unam in civitatem  
urbemque prudentissime coegisset, quam saluberrimas leges tulit,  
20 quibus illa promiscua et inconsiderata concubitus sublata  
libidine certos redderet partus et omnem morum feritatem e  
medio tolleret. Qua quidem una re, quibus initiis bene instituta

---

1-4: Francisci-Rosae S] Francisci Philelphi oratio in laude  
matrimonii pro nuptiis Francisci de Marliano A,M,V, Francisci  
Philelphi in nuptio Johannine de Marliano ac Urbani Sanctae  
Rosae R; 6: aliis et, add. R,S,V; 7: tum] tamen S; 11: is,  
om. V; 17: domiciliis] vinculis R; certis] ceretis A, om. R;  
19: coegisset] cogisset S;



et morata civitas in tantum lumen e superioribus illis tenebris  
splendoremque emerisit, ut non solum hominum, sed deorum etiam  
lites componere solita vulgo decantetur. Hinc enim Dracon, hinc  
Solon, hinc Areopagitae omnes profecti sunt, hinc tandem Roma-  
5 nus populus acceptis decem tabularum legibus suum et decoravit  
et munivit imperium. Nam quod cum ipse etiam Romulus simul  
atque urbem condidisset, nihil sibi potius duxerit ad salutem et  
decus civitatis quam amore coniugali civium animas devincire,  
nemo est qui nesciat. Quod enim Vulcanus, qui Mercurio successit  
10 in regnum, idem apud Aegyptios fecerit, cum de muliebri pudici-  
tia legem tulit, praedicant omnes. Verum quid Cecropem, quid  
Vulcanum, quid Romulum meminerimus opus est? Nonne ipse immor-  
talis deus in primis parentibus ostendit, quantus sit coniugii  
fructus, quanta suavitas? Nonne deinceps et Christus et verus  
15 deus et veri dei filius in coniugio natus tum uxorem nisi adul-  
terii causa dimittendam prohibuit, tum coniugio invitatus nupti-  
isque interfuit, praesensque probavit?

Rectissime igitur vobis consultum video, illustris puella  
Johannina Francisceque nobilis adolescens, qui uterque praeci-  
20 puum continentiae et pudicitiae ornamentum sanctissima coniugalis  
caritatis lege vos mutuo devinxistis, utque naturalis humanae  
societatis copula prima est, vestrum iam alterum virum, alteram  
uxorem et dici et haberi par sit. Quae vero sint nuptiarum bona,  
vos ignorare certe nolim. Ea enim tripartita sunt: Fides, proles,  
25 sacramentum. In fide consideratur, ne quam in libidinem praeter  
coniugalis vinculi caritatem delabamur. Idque aequo viro atque  
uxori cavendum est, quo neuter adulterii crimini fiat obnoxius.  
In prole vero, ut a matre pie suscipiatur, benigne alatur, reli-  
giose educetur. At in sacramento omni opera, industria, diligen-  
30 tia nitendum est, ne divortium fiat, ne, quoniam decus coniugale

---

2: etiam] esse A; 8: devincire] devincere S; 10: in regnum, om.  
V; 11-12: quid Vulcanum, quid Romulum, quid Cecropem V; 12-13:  
immortalis ipse R; 14: et Christus] Christus R,S; 19-20:  
praecipuum] principium R,V; 21: vos] et iure V; utque] ut quae  
M; atque A; 22-23: alteram uxorem, om. R; 24: certe nolim]  
nollitis V; 25: quam] quaquam S; in, om. V; 27: crimini]  
crimine M; 29: educetur] educatur S;

in regendi matrimonii suscipiendorumque liberorum officio positum est, dimissa dimissusve alteri vel prolis gratia coniugatur. Nam si haec est et esse debet coniugum intentio, ut regenerationi generatio praeparetur, id quod divo Augustino placet, memineritis iam utrumque vestrum, quantum ad corporis potestatem attinet, alteri alterum servire et uxorem viro et virum uxori. Quare nollente coniuge ne continere quidem coniugi licet. Qua quidem ipsa servitute nulla in civili vita libertas neque liberior est neque utilior nec iucundior nec sanctior.

10 Non enim ab re et Tiberius ille Gracchorum pater uxoris vitam suae vitae praetulit. Et Artemisia regina non modo se viri Mausoli sepulcrum praestitit, sed vita diutius frui noluit. Obmitto utrumque Plautium, obmitto Pompeii Mitridatisque uxores. Possem equidem infinita pene exempla in medium proferre, quibus coniu-

15 galis felicitatis vis ac decus magis magisque pateret. Sed quoniam brevitate utendum est, caeteris obmissis vos illud unum, Johannina Francisceque, commoneo, ut maiore studio nihil vobis curandum existimetis, quam ut deum semper ante oculos coramque habeatis. Idque, si feceritis, agetis quidem vos omnia pie, om-

20 nia benigne, omnia sobrie, omnia continenter. Itaque deus ipse cunctis in rebus assistet vobis, fovebit, complexabitur. Prope diem liberi dabuntur, consequentur nepotes, denique omnia vobis secunda futura sunt.

Maiores vestrorum clarissimorum hominum splendidissimos

25 mores virtutesque imitamini. Tu enim, Johannina singulare pudicitiae castitatisque exemplar, habes primum patrem Albertum Marlianum, virum certe cum nulli Insubrensi familiae cedentem nobilitate, tum omnium iudicio prudentia bonitateque praestantissimum. Ea vero nata es Ambrosina matre, quae genere Trivul-

30 tia, hoc est et generosa et apprime nobilis, probitate et inno-

---

2-3: coniugatur] coniugantur A,V; 10: Gracchorum] grecorum, in marg.; Gracchi S; 12: praestitit] prosit S; 13: Mithridatis Pompeiique R; 15: vis] ius V; ac] atque R; magis atque magis R; 16: unum illud R; 17: commoneo] admoneo R; ut nihil vobis maiore studio M,S; 19: Idque] Id A,M,V; vos quidem M,R,S; 21: complexabitur] complexabit V; 24: vestrorum] virorum M,R,V; 27: Marlianum] de Marliano V; 28: nobilitate, om. M,S; bonitateque] nobilitateque R; 29: Ambrosina, om. R; 29-30: Trivultia] Tuscia V; 30: et generosa] generosa M,V;

centia muliebri vel praestitit omnibus laudatissimis feminis  
vel nemini se imparem praestitit, quoad vixit. Habes hinc  
Arasum Trivultium avunculum, qui inclitus pacis et belli ar-  
tibus iam de tuis integerrimis moribus praecipuas sibi laudes  
5 pollicitur. Memineris tibi sorores sex omni castimonia, omni  
virtute praeditas, quibus ne sis inferior, omni studio tibi  
est curaque laborandum. Nam quid ego dixerim de octo fratribus  
tuis, qui, ut sunt egregia probitate, non mediocrem probitatis  
spem in te una posuere. Habes affines propinquosque permultos,  
10 qui omnes aequae tuis ac suis praeconiis delectantur. Nonne hunc  
istum Johannem Ferrufinum coram intueris iureconsultorum eru-  
ditissimum et gravissimum virum, quanta cum laetitia interest  
sponsaliciis tuis? Putat enim talem te fore et prope iam esse,  
qualem Margaritam sororem tuam uxorem experitur, id est et  
15 probatam et optimam mulierem. Quam ob rem omnium expectationi  
ut pro laude tua respondeas, te maiorem in modum et hortor et  
rogo. - Nam tu Francisce verecundiae decus spesque probitatis,  
si tecum ipse animo volutare volueris, quibus maioribus natus  
es, facile intelliges, si degenerare nolueris, - veluti certe  
20 nolueris, - magnam tibi provinciam datam virtutis tuorum et  
amplitudinis imitandae. Ut enim reliquos obmittam, qui eximii  
omnes excellentissimique fuere, debes assidua indefessaque  
memoria tecum ipse repetere Urbanum patrem, qui et fide et animi  
magnitudine et rerum gerendarum peritia quanta fuerit, per-  
25 spicue declaravit sapientissimus princeps noster, qui eo semper  
in maximis difficillimis rebus in maxima prudentissimorum  
et fortissimorum hominum copia uno omnium uti consuevit.  
Quid enim memorem innumerabiles fere legationes, amplissimos  
magistratus atque alia permulta et difficilia munera, quae  
30 non fortunate minus quam et constanter et graviter idem obivit

---

2: hinc] enim S; 6-7: omni-laborandum] omni tibi curandum  
studioque est laborandum V; 13: te talem R; 14: Margaritam,  
om. A,R,V; 15: omnium] communi V; 17: Nam et, add. R; 19-20:  
veluti-nolueris, om. R; 23: qui, om. S; 27: et fortissimorum]  
fortissimorumque R; 28: memorem] memoram S; 29: et] atque R;  
munera] numera M;

semper. Quod si oculos tuos mentemque converteris in hunc sanctum et innocentem patrem Papiensem antistitem Franciscum patrum et tutorem tuum, nihil sane habeas, quod requiras vel ad morum splendorem atque sanctimoniam vel ad virtutis cumulum.

- 5 Hunc, mi Francisce, ad bene beateque degendum non secus tibi exemplar delige, quam ideam Platonis aliquam. Hunc si audeas, non modo errabis numquam, sed in bonum plane virum et mirandum evades. Quod reliquum est, quandoquidem me prolixius dicere tempus prohibet, ego tibi, mi Francisce, pulcherrimam sponsam  
10 tuam et item sponsae unicae commendo hortorque utrumque, id unum omnium maxime cogitetis et crebra memoria usurpetis: Nihil sine virtute et deo neque diuturnum neque fructiferum neque felix esse posse.

Mediolani XVI Kalendas Decembris 1441

---

2: Papiensem, om. R; Franciscum] Henricum V; innocentem patrem, expl. M; 4: splendorem] speciem A, spiciem, in marg.: alias specimen S; 11: maxime omnium S; memoria orationeque, add. R,S; 13: posse. Vale, add. R;

## II

ORATION HELD AT THE ELECTION OF NEW REPUBLICAN GOVERNORS  
AT MILAN (1.XI.1448)

(Text established on the basis of Ambros. F 55 sup.; ff.37-38v)

Oratio habita per Philelfum die primo Novembris 1448 in creatione  
dominorum capitaneorum et defensorum libertatis Mediolani

Neminem unquam videor accepisse ex priscis oratoribus, quotquot  
apud nostros aut apud Graecos dicendi gloria claruerunt, qui ex tem-  
5 pore ac subito quicquam de rebus magnis et grandibus eloqui auderet.  
Itaque Demosthenem illum Atheniensem et M. Tullium Ciceronem, duos  
excellentissimos et eosdem eruditissimos in eloquentia viros, nunquam  
ad orandum processisse tradunt, nisi diu antea atque multum quod  
dicturi essent et meditari secum et lucubrare potuissent. Nam quas  
10 orationes Demades orator repente tanquam effutiebat, quales hae  
fuerint, vel eo coniectari licet, quod nullis litterarum monumentis  
mandatae sunt. Itaque fuisset humanitatis vestrae, illustres  
florentissimae huius rei publicae principes, non me imparatum veluti  
cogere ad dicendum. Nam quamquam mei sum muneris arbitratus perferre,  
15 quicquid iusseritis, aequo animo, orator tamen apud tantum et tam  
excelsum ordinem maluissem quam arator quispiam iudicari. Ingenti-  
bus enim et amplissimis rebus, quae vestro ductu et auspitiis gestae  
sunt hisce duobus proximis mensibus, uberem quandam atque locupletem  
dicendi vim elegantemque ornatum praestari oporteret. Hostiles  
20 Venetorum copias firmissimumque exercitum tanta ad Caravagium clade  
a vobis esse percussum, quanta nullam unquam maiorem illi post  
hominum memoriam passi sunt, eam dicendi omnibus segetem pollicetur  
et poetis et oratoribus, qua et nobilissimorum ingeniorum fecunditas  
nutriatur et redundans facundia omnis efflorescat. Nam quod tot  
25 duces capti fuerint, tot viri fortissimi in carcerem acti, tot  
hominum milia fracta atque prostrata, non trophaeum aliquod vobis,  
sed certissimum triumphum attulerat. Vidimus, inquam, vidimus humo  
in urbem trahi insolentissima illa Venetorum et Florentinorum signa,  
quae anno superiore intra primum lapidem tantam servitutis formidinem  
30 urbis muris et cunctis moenibus intulissent. Vidimus urbem Laudensem,  
quae tam imprudenter atque inique ad hostes defecerat, et reliqua  
Abduae castella atque oppida mirabili cum laude vestra recuperata.  
Vidimus universum et Bergomensem et Brixensem agrum actum in  
ditionem vestram. Audiebatur ad Hadriaticum usque sinum tantum

nominis vestri terrorem consternatos hostium animos invasisse, ut  
 aliud nihil quam deditionem cogitarent. Quantum in vobis fuit, tanto  
 illi et tam diuturno atrocissimoque bello extremam veluti manum  
 apposuistis. Sed o miseram atque infelicem rerum humanarum conditionem,  
 5 in quibus nulla firmitas, nulla stabilitas, nulla constantia! Non  
 illi fortassis omnino imprudentes dicendi sunt, qui fortunam nescio  
 quam rebus hisce inferioribus praeesse voluerunt, quae omnia interdum  
 consilia nostra sua quadam vi necessitatis pessundaret. Haec enim,  
 ut est natura vel invida vel mutabili, tantos vestros, magnanimi  
 10 principes, et tam pulcherrimos successus veneno quodam suo inficere  
 inspergereque aggressa monere liquido videtur, ne quid supra hominem  
 sentiamus, utpote quod humana haec omnia infirma sunt, fragilia et  
 caduca, itaque omnem spem nostram non in nostris conatibus, sed in  
 dei omnipotentis nutu atque voluntate ponendum esse. Nemo enim  
 15 fortunae temeritati subiectus esse potest, qui suis in rebus obeundis  
 deum habeat auctorem, principem, vexilliferum. Non potest non ille  
 victor evadere, qui divino ductu gubernetur, qui deum socium et  
 comitem habeat. Hinc nullae vires, exercitus nulli, duces nulli  
 aut obesse aut deesse possunt. Quamobrem et vos, qui iam bimestri  
 20 principatu tanta cum laude functi estis, et vos item, excellentissimi  
 principes, qui eandem bimestris curriculi dignitatisque provinciam  
 hoc sacratissimo sanctorum omnium die fauste fortunateque suscipitis,  
 vobiscum animis perpetue voluntate nec superioris nec futuri temporis  
 prosperos ullos successus sine voluntate et iussu dei aut fuisse  
 25 aut fore, nec esse ullam fortunam posse, si quid tandem fortuna sit,  
 quae non divino imperio pareat. Quod quoniam utrisque vestrum,  
 sapientissimi principes, persuasum esse animadverto, nihil est  
 reliquum, nisi ut alteris universae huius inclytæ civitatis nomine  
 immortales habeam gratias, quod gesserunt, alteris vero sim habiturus,  
 30 quod omnia gerent pro salute et dignitate patriae memores publicae,  
 obliti privatae utilitatis ad honorem et gloriam sempiterni dei et  
 sacrosancti patris et protectoris nostri Ambrosii.

Finis

## III

ORATIONE HEC AT THE ELECTION OF NEW REPUBLICAN GOVERNORS  
AT MILAN (1.VII.144 )

(Text established on the basis of Ambros. F 55 sup., ff.31-33v)

Francisci Philelfi oratio ad Mediolanenses principes de adminis-  
tratione rei publicae.

Iam tandem, viri Mediolanenses, post vehemen-issimas nostrae  
rei publicae tempestates, turbulentissimos fluctus, acerbissimas  
5 iacturas, luctuosissima naufragia eam nobis diem video illuxisse,  
quam fecit dominus, in qua exultare omnes et laetari liceat vero  
gaudio. Huiusmodi enim principes gubernaculo civitatis praefectos  
intuemur, qui extremis calamitatibus aerumnisque afflictam et  
miseram libertatem in pristinam sint dignitatem et tranquillitatem  
10 vendicaturi. Delecti sunt ex universis ordinibus magno studio  
magna concordia fortissimi et sapientissimi viri, qui, ut sint  
nullius expertes, nihil aliud curent, elaborent, invigilent, quam  
ut pacate inter se cives atque honeste vivant. Qui nihil pro  
libidine, nihil pro furore, nihil pro animi impotentia aut facturi  
15 sint aut machinaturi, qui non privatis sed publicis emolumentis  
consulant, qui ad decus omnia et ad pietatem referant. Nam ut sine  
iustitia atque divino cultu nihil omnino recte nec fieri nec  
cogitari potest, ita ubi bonitas religio, fides, caritas excubat,  
secunda sunt omnia et prospera expectanda. Curat enim deus ac  
20 tuetur omnes, a quibus se non ficta simulataque observantia amari  
venerarique cognovit. Illos autem deserit et praecipites labi  
patitur, quorum efferatae mentes pravitati et dedecori sunt  
obnoxiae. Quo fit, ut paucorum plerumque facinora, qui potestatem  
habent, reliquos omnes, quibus praefecti sunt, in exitium secum  
25 agant. Ut enim capitis imperio corpus reliquum obtemperans et  
melius et deterius habet pro imperantis aut ratione aut temeritate,  
ita in civitatibus usu venire consuevit. Cum igitur ex universo  
populo, viri Mediolanenses, eos huic perturbatae iactataeque rei  
publicae praefeceritis, qui cum gravitate et prudentia, cum  
30 probitate et innocentia omnique genere virtutis reliquis omnibus  
mirifice antecellunt, certa nos tenere spes debet propediem fore,  
ut demersae perditaеque res nostrae ductu benignitateque divina

emergere incipiant et in eum reponantur statum civitatis, qui et optimus sit et iucunditatis plenus. Quod tametsi certe futurum arbitror, non erit tamen alienum ab officio meo, si brevi exposuero, quae mihi factu optima videantur. Itaque meam orationem ad vos

5 convertam, qui hoc fausto et fortunato die summum civitatis magistratum tanto cum omnium consensu expectationeque initis. Omnium primum illam vobis mentem, principes optimi, illum animum, illud consilium institutumque esse cupio, ut nihil prorsus nisi praesente atque teste deo neque agatis neque cogitetis. Sic enim non modo

10 errare vos nunquam, sed omnibus etiam in rebus et sentire et facere quam rectissime contingat. Deinde, ut vestrorum obliti publicis commodis et dies studeatis et noctes. Non enim is bonus civis futurus sit, qui civitatem habeat turpiter usurariam, qui per aliorum iniurias magnus ipse potensque fiat, qui bonis et innocentibus

15 viris aut relegandis aut proscribendis ex inopi atque mendico et locuples evadat et opulentus, qui aliorum indignum fletum ac luctum in delicias suas voluptatemque convertat. Hinc perniciosissimae discordiae oriuntur, hinc pestiferae seditiones manant, hinc nobilissimarum et florentissimarum urbium ruinae excidiaque

20 insurgunt. Fuit Lacedaemon inter Graecos vetustissima quaedam ornatissimaque res publica. Haec quamdiu leges, quas a Lycurgo acceperat, caste inviolate sancteque servavit, et se ipsam tuta est et universae non modo Europae, sed Asiae quoque et Africae auxilio quandoque et ornamento fuit. Ruentibus autem legibus ipsa

25 etiam continuo corrui. Tulit Atheniensibus leges Solon, quibus parentes illi tum belli cum pacis artibus magni clarique extiterunt. Sed cum primum libidine pro ratione usi gravissima illa et saluberrima instituta deseruerunt, e vestigio funestis factionibus per omnem animorum immanitatem ludibriumque exortis praepotentem

30 generosamque rem publicam funditus everterunt. Nam Romam ipsam, orbis terrarum dominam, quid aliud prostravit vertitque in praedam? Nonne mutuae simultates, non civiles discordiae, non crebrae iniuriarum vicissitudines? Nam ubi iniuria lacessiti ulcisci cupiunt, nimia permotione feruntur longius nec par pari contenti

35 reddidisse per omnem animi furorem, ni quos oderunt perniciem moliuntur. Quod ubi utrinque vicissimque curatur, confunduntur humana iura atque divina omnia. Quare etiam atque etiam omni opera et industria studendum est, principes prudentissimi, ne cui fiat



iniuria. Serventur leges ac decreta, valeant instituta maiorum,  
 vigeat mos paternus, inserviatur aequo et bono. Iustitia sola  
 sit, cuius ductu et auspitiis omnia et dicantur et fiant. Haec  
 una sceleratos et impios puniat, innocentes et bonos viros suis  
 5 praemiis donet. Haec omnes respiciat, despiciat neminem. Quod  
 si quando paululum ab hac sit declinandum, ad misericordiam quam  
 ad severitatem malim, sed ita malim declinandum, ut mediocriter  
 semper servata alia sit erroris, alia facinoris ratio. Nam ut  
 vindicatur scelus acerbior quodam supplicio, ita mitius ignoscendum  
 10 errori censeo. Sic enim et boni cives maiore cum fiducia rem  
 publicam capessere. et mali ad sanitatem maturius redire solent.  
 Quibus quidem in rebus vos habituros diligentiam singularem eo magis  
 omnes sperant, quod veluti fulgentissima quaedam civitatis lumina  
 e cunctis ordinibus delectos Medilanensis populus ita praesentibus  
 15 tenebris praeesse voluit, ut consilio et prudentia vestra, ut animi  
 magnitudine ac robore, ut bonitate et iustitia tantae huic nocti  
 lucem iniiciatis. Eo enim cumulator et illustrior futura est  
 laus vestra, quo tantis procellis ac fluctibus subversa haec  
 obrutaque res publica emersura ilico per vos sit in sereniorum  
 20 aerem et tanquam salubriores spiritus receptura. Quamobrem  
 excitate vosmet ipsos, magnanimi principes, rei publicae gubernacula  
 ingenti et constanti animo capessite, hanc vobis parentem esse,  
 hanc voluptatem, hanc vitam ducite. Omnia consilia et cogitatus  
 vestros ad unius huius salutem dignitatemque referte. Memineritisque  
 25 ita patriae principatum credi integritati fideique vestrae, ut  
 eum non perinde atque triumviratus more patrimonio vobis, non  
 hereditati, non doti aut dono datum existimetis, sed ut pie, ut  
 innocenter, ut fortiter, ut temperanter per omnes virtutis et  
 bonitatis numeros gubernantes ad constitutam diem non iniquo animo  
 30 deponatis. Quae quidem si feceritis, sicut certe facietis, tum  
 patriae ipsi quam saluberrime consuletis cum apud Christum  
 salvatorem nostrum sempiternum meritum et apud omnes mortales  
 immortalem gloriam consequemini.

Finis

Mediolani MCCCCXLVIII<sup>o</sup> Kalendis Juliis

## IV

## ORATION IN PRAISE OF CARLO GONZAGA (6.VII.1449)

(Text established on the basis of Ambros. F 55 sup. ff.13-17v)

Francisci Philelfi oratio ad principes, senatum et populum  
Mediolanensem de laudibus illustris Karoli Gonzagae, populi  
praesidis et praefecti.

Cum superiores totos sex menses mecum ipse cogitarem, patres  
5 conscripti, quam in gravi atque periculosa rerum perturbatione ac  
procella nostra civitas fluctuaret, dolebam equidem maiorem in  
modum et quam acerbissime anima cruciabar. Considerabam cum iis  
hostibus bellum gerere nos coactos, qui non Italiae solum, sed  
universae Europae viribus et opibus antecellerent. Non enim cum  
10 uno Francisco Sfortia nobis res agitur, sed cum Venetis, cum  
Florentinis, cum Genuensibus, qui quidem isti tres populi cum toto,  
ut ita dicam, terrarum orbe ausint de imperio contendere. Accedit  
ad periculi magnitudinem unus ipse Franciscus Sfortia, qui nescio  
quo natus sydere tantum rerum bellicarum peritia et gloria praestat  
15 cunctis mortalibus, ut omnia, quae velit, perinde atque fatali  
quadam necessitate assequi posse videatur. Haec igitur ipsa per  
sese volutanti mihi quamquam molestiam non mediocrem afferebant,  
multo me tamen magis atque magis sollicitabant diri atque impii  
triumviratus facinora, quibus humana omnia et divina per omne  
20 iniuriarum et contumeliarum genus confundebantur. Quibus quidem  
rebus fieri videbam, ut multo magis intra urbis moenia parietesque  
domesticos, quam extra muros atque suburbia bonis omnibus esset  
metuendum. Nam in agro Mediolanensi diripiebantur villae ac  
villici et ne id quidem aut ubique aut cum saevicia. At Mediolani  
25 consternatis omnium animis opulentissimae omnes familiae per omnem  
ludibrii foeditatem vertebantur in praedam. Cives omnes innocentis-  
simi, qui aut pecunia aut animi magnitudine pollere putarentur,  
continuo confictis falsisque criminibus aut relegati aut proscripti  
aut atrocissime necati Osseonam et Aplanam rabiem ne explere quidem  
30 suo sanguine poterant. Omnis sacratissimorum templorum ornatus,  
omnis christiana religio, omnis divinus cultus cogebantur truculen-  
tissimarum libidini beluarum immanitatisque parere. Quid plura?

---

17: volutanti] voluntati, cod.

Iam eo miseriarum deducta res erat, ut libertate omni amissa non modo non loqui bono cuique viro, sed ne spiritum quidem retinere impune permissum esset. Inter hos autem gravissimarum et intolerabilium aerumnarum fletus ac luctus convertit tandem noster ille protector divus Ambrosius et Christus optimus maximus suos mitis et mansuetos oculos ad hanc miseram afflictamque civitatem et cum universi Mediolanensis populi tum vestrorum animorum lumina, qui obdormierant, patres conscripti, excitavit illustravitque, Et omnium primum effecit, ut prostrata atque abiecta triumvirorum  
 5 impia tyrannide eiusmodi duodecimviri praeessent gubernaculo rei publicae, quorum gravitas et spectata virtus certam posset omnibus spem affere futurae propediem tranquillitatis et otii. Cuius quidem rei Karolus hic Gonzaga, vir omnibus quae vocantur heroicis virtutibus ornatus, perspicuum nobis documentum affert. Nam simul  
 10 atque sapientissimi et integerrimi principes summum civitatis magistratum cunctis delatum ad se suffragiis iniissent, intellexerunt aliud nihil rei publicae utilius fore neque magis necessarium, quam si belli et pacis is moderaretur universum populum, qui cum prudentia et animi robore, cum fide et caritate gratus omnibus  
 15 esset et periucundus. Quare cum unus omnium Karolus Gonzaga videatur, qui et suo suorumque splendore talem tantamque provinciam ob egregia ac prope infinita maximarum et illustrium virtutum insignia non perferre solum, sed mirifice ornare possit, hunc, ut videtis, hoc celebri die sacratissimoque templo cum tanto universae  
 20 civitatis concursu atque consensu, quod felix faustum fortunatumque sit, tantae ipsi et tam amplissimae dignitati potestatique prae-ficiunt. In quo uno potissimum deligendo quae ratio duxerit nostros sapientissimos principes, paucis percurram. Nam neque locus neque tempus longiorem me esse patitur. Consideraverunt, ut mihi  
 25 certe videtur, nullius eum laudis inopem esse oportere, qui tantum tamque praeclarum munus obire vellet. At quem alium invenias tempestate nostra, qui cum uno Karolo de omni laude contendat? Num patriae splendorem aliquis requirat? Nam cumulatissima laudatio inde ordiri solet. Patria Karolum Mantua natum esse  
 30 omnes sciunt, urbe sane et nobili et vetusta. Manto enim, Tiresis vatis Thebani filia, urbi Mantuae nomen dedit. Huius enim et Tiberis filius Bianor, cuius tum in Bucolicis tum in ipsa divina

Aeneide Maro meminerit, eam urbem condidit, quam ob materni nominis  
 honorem Mantuam nominari voluit. Nam Manto post Tiresiae patris  
 obitum in Italiam navigavit et Tiberi iuncta matrimonio Bianorem  
 ipse peperit. Ut autem ab ipsius Mantus nomine Mantuam, ita  
 5 Tiresiam portam a materno avo Tiresia Bianor idem appellavit. Quod  
 autem ad genus attinet, Gonzaga familia, unde per longam maiorum  
 atque perennem seriem Karolus ortum habet, qualis quantaque sit,  
 vel eo argumento patet, quod tot annorum secula in Mantuanos  
 principatum gerit cum mirabili quadam et pene incredibili civium  
 10 omnium concordia ac benivolentia. Quid enim avos Karoli aut  
 proavos commemorem: ingentes omnes et invictos principes? Cum  
 unus Johannes Franciscus huius pater, quem praesentem aliquando  
 coramque vidistis, tot virtutibus tantisque per omnem vitam  
 floruerit, ut unicum totius bonitatis videretur probitatisque  
 15 simulacrum. Hoc autem fortunatissimo et optimo principe natus  
 Karolus paternas atque avitas laudes, seu exteriori sive interiori  
 hominem laudemus, non aequavit solum, sed mirandum in modum audit  
 atque illustravit. Nam quod in Cyro Persarum rege viri disertissimi  
 laudarunt, cum alia permulta, tum maxime quattuor memoratu digna in  
 20 hoc ipso Karolo excellere animadvertimus: formae praestantiam,  
 humanitatem, tum disciplinae et honoris studium. Aspicite, obsecro,  
 quae statura corporis, quae proceritas, quae membrorum internodia,  
 qui tori, qui muscoli, qui oris decor, quae maiestas vultus. Si  
 incessum ipsum, si gestum, si motum consideremus, nihil aptius  
 25 naturam, nihil compositius, nihil formosius aut finxisse aut  
 excogitasse reperiamus. Nam de humanitate et animi lenitudine  
 quid attinet dicere? Quae quidem ipsa quanta sit in hoc homine  
 splendidissimo vel potius heroe, declararunt semel et iterum impii  
 patriae parricidae duo, Johannes isti Ossonaque et Aplanus et eorum  
 30 impurissimi consultores Bibuli quidam duo, quorum nomina vel nobis  
 reticentibus coniectari licet. Nam cum perditissimi homines  
 instituissent contra ius ac fas omne, quem per corruptelam et  
 clandestinum latrocinium occuparent, florentissimum patriae  
 principatum continuare viderentque in perterrita ob recentem  
 35 nobilissimorum civium caedem consternataque civitate neminem praeter  
 unum hunc Karolum audere pestiferis suis conatibus adversari, e  
 vestigio efferatae beluae facinorosos quosdam satellites et

sicarios ad portam Comensem insidiis ad necem locant. Hac enim  
 arbitrabantur sceleratissimi latrones in urbem Karolum, qui adversus  
 hostes egressus fuerat, regressurum. At immortalis deus, qui  
 rerum humanarum in primis que solidae expressaeque virtutis curam  
 5 atque tutelam gerit, non Comensi sed Romana porta in urbem reduxit  
 Karolum. Qui continuo factus certior per nobilis et optimos quos-  
 dam viros de insidiis et periculo vitae suae non tam suam quam rei  
 publicae vicem doluit et tam miserabilem temporum conditionem  
 questus est. Deinde cum post quattriduum increbuisset nisi postridie  
 10 Moguntiam praesidium mitteretur, fore, ut ad duos postea usque dies  
 sese Moguntini, Francisco Sfortiae, qui ingenti equitatu et peditatu  
 oppidum obsideret etiam bombardis multo spatio murum solo aequasset,  
 omnino dederent, hic idem Karolus tanquam oblitus praesentem omnem  
 iniuriam nocte intempesta egressus porta orientali cum equitibus  
 15 quingentis et non tam magno quam prompto firmoque nostri huius  
 inclyti populi peditatu et eo quidem tirone paulo ante lucem  
 Moguntiam intrat non tam non sentientibus hostibus eius adventum  
 quam ob paucitatem contemnentibus. At ubi primum illuxit, tanto  
 impetu et alacritate animi quasi Hector Troianus aut Achilles  
 20 quispiam, ut est apud Homerum, in castra hostilia irruit, ut magnum  
 illum formidabilemque exercitum, qui invictus esse putaretur,  
 fuderit, fugarit, castris exuerit. Amisit in ea pugna Franciscus  
 Sfortia plerosque fortes et magnos viros in primisque hominem sibi  
 fidum et bellicis laudibus insignem comitem Dulcem. Nam reliqui  
 25 duces, quos in ea obsidione ex universo exercitu primarios habebat,  
 alii inermes alii saucii turpi fuga salutem sibi pepererunt  
 desertis cum reliquis omnibus impedimentis tum duabus illis bomb-  
 ardis metallinis, quarum iactibus nullus murus, nulla vis, non ipsa  
 denique natura, ut ita loquar, resistere posse existimatur. Ita  
 30 Moguntia servata vel recuperata potius restabat Cremae periculum,  
 quam Venetorum copiae imperatore Sigismondo Malatesta magnis  
 conatibus oppugnabant iamque in id discrimen adduxerant, ut muro  
 tormentis circumquaque disiecto propediem expugnatum iri luce  
 clarius videretur. Eo igitur citato agmine proficiscitur Karolus  
 35 tantoque animi robore ac viribus pugnavit, ut nulla hostium multi-  
 tudine, nulla vi, nullo impetu potuerit prohiberi, quin posito

---

33: iri] ire, cod.; 34: videretur] viderentur, cod.

valido firmoque praesidio delusum hostem ab obsidione reiecerit.  
 Quis ergo huius viri tantam et tam inauditam humanitatem non  
 admet, non admiretur, non laudibus summis in caelum efferat? Qui  
 tanta et tam horribili iniuria appetitus non modo noluerit ulcisci,  
 5 sed perditorum hominum maleficio beneficiorum magnitudine redimere  
 curaverit. Et id quidem frustra. Nam proximis diebus iidem illi  
 duo patriae proditores cum occupatam tyrannidem invito etiam atque  
 repugnante universo populo continuare omni vi ac dolo niterentur  
 existimarentque unum Karolum fuori suo posse obsistere, rursum  
 10 huius interimendi iniere consilium. Cui quidem sceleri maxime  
 omnium assentiebantur nefarii duo iidem Bibuli. Nam reliqui  
 collegae quid auderent? Praesertim cum meminissent illos quandoque  
 interminatos interitum Georgio Castelioni Christoforoque Pagnano,  
 viris optimis et amantissimis rei publicae, quoniam illorum insaniam  
 15 non probassent. Non enim cum duobus iurisconsultis homines  
 nequissimi Pagnano et Gabriele aut cum ceteris collegis consilium  
 de rebus agendis capiebant, sed cum duobus iis Bibulis, quos modo  
 dicebam, hominibus flagitiosis et nequam, et id quidem inter  
 spumantes illos atque immanes cyathos, quibus sese die noctuque  
 20 obruebant, perpetrassentque fortasse cogitata diri coniuratores,  
 nisi Karolus non minus prudens quam humanus per id tempus se ab  
 aditu curiae domi armis munitus continuisset. Unde autem arbi-  
 tramini, principes optimi, tantam animi lenitatem valere in uno  
 Karolo, ut nulla sit tanta iniuriae magnitudo, quae eum possit  
 25 permovere aut minus moderatum reddere? Facit id sane maximum  
 quoddam tum disciplinae studium tum honoris, hoc est egregia et  
 singularis virtus, quam ubi a puero didicisset deinde mirabili sua  
 cum laude per omnem aetatem exercuisset. Iudicat minime se decere  
 tanto principe natum et ipsum principem inire certamen cum  
 30 abiectissimae sortis hominibus, sed illorum potius misereri, quod  
 nihil sani neque sciant nec velint. Est enim Karolus hic, quem  
 videtis, illustri quodam et ingenti eruditione. Quidquid praeclarum  
 atque admirabile aut Graeci aut Latini docent, id omne ipsorum  
 infinitis prope voluminibus non modo didicit, sed etiam edidicit,  
 35 et ita edidicit, ut non minus ipse quasi Atlas aliquis aut  
 Heracles caelestem machinam humeris suis queat sustinere. Itaque

non ignorat, quod sit cuiusque officium, quod magni viri, quod  
 summum munus. Quo fit, ut iniurias oblivisci malit quam ulcisci.  
 Nihil ad commodum refert, nihil ad voluptatem. Sed quidquid aut  
 dicit aut cogitat aut facit, id laude semper honoreque metitur,  
 5 quo se ita putat magis decorari, si nihil, quod virtutis speciem  
 prae se ferat, per omnem ipse vitam neglexerit. Prudentissime  
 igitur, patres conscripti, huiusmodi principibus rei publicae  
 gubernacula commendastis, qui Karolum unum Mediolanensi populo  
 praefererunt. In quo quidquid aut fortuna aut natura aut humana  
 10 diligentia praecipuum et eximium habet, mirabiliter efflorescat.  
 Reliquum est, Karole Gonzaga, ut sceptrum hoc tuae dextrae creditum  
 ab omnibus insidiis innocenter et fortiter tuearis, ut non minus  
 virtutis ornatu aureum te ostendas, quam militaris dignitatis  
 insignibus Romanorum rex Sigismondus vel adhuc puerum ob indolis  
 15 magnitudinem auratum reddidit, ut tuorum maiorum, ut tui unius sis  
 similis. Vos autem, viri Mediolanenses, huic tali ac tanto viro  
 vestro praesidi et praefecto cunctis in rebus omni studio observan-  
 tiaque parete. Memineritisque nihil esse, quod magis rei publicae  
 conducat oboedientia et concordia.

20       Mediolani MCCCCXLVIII<sup>o</sup> pridie Nonas Julias.

## V

ORATION WRITTEN BY FRANCESCO FILELFO FOR GALEAZZO MARIA SFORZA

(Text established on the basis of Marc. lat. XIV, 219 (4631),  
ff.88-89 = A and ibid., ff.32v-33v = B)

Oratio Francisci Philelphi nostrae aetatis decus et ornamentum  
ad Galeatium Mariam illustrissimi Domini ducis Mediolani

Francisci Sfortiae filium

Cum ab illustrissimis parentibus meis iussus fuerim,  
5 spectabilissime princeps, ad tuae celsitudinis atque huius  
amplissimi ordinis praesentiam proficisci, si puer minus  
facunde sapientissimis viris, si maiestati paternae filius  
verecunde, si inexercitatus hac dicendi facultate in hoc  
celebri frequentissimoque conspectu timide, quae mihi iniuncta  
10 sunt quaeque sentio, loquar, veniam serenitatem tuam atque  
ornamentissimum ordinem daturum confido. Atque illud vobis  
suasuros non dubito nudam atque explicitam mentem parentum  
simplicia verba, qualia puerili orationi conveniunt, me dic-  
turum. Nihil per omnem aetatem eis iocundius accidisse, nihil  
15 optatius, nihil gratius, nihil ad humanam felicitatem cumu-  
latius, quam quod ad pacem atque amicitiam veterem reditum est.  
Quae quidem non alienata, sed intermissa temporibus fuerit,  
hoc potissimum declarat, quod sine iudice, sine arbitro inter  
vos ipsi hinc inde mentes conciliastis. Pax deinde data est,  
20 societas inita, fedus ictum et, quod longe maius, ad veram  
benevolentiam, ad integram amicitiam est deventum. Nam et fedus  
et societas conditionibus obligantur, quas exequi oporteat,  
terminis praescribuntur, quos praeterire non liceat. Amicitiae  
vero libertas nullas habenas, nulla vincula patitur. Quod  
25 igitur immortalis dei benignitate, naturae optimae munere utri-  
usque partis atque humano ingenio factum est, id firmum, stabile,  
incorruptum, inviolabile mansurum exoptant, omnem operam,

---

1-2: nostrae aetatis decus et ornamentum, om. B; 6: ordinis  
amplissimi, B; 25: optimae] opinione B; munere] miti, codd.;  
27: exoptant] optant B;



omnem industriam, ipsam atque vitam exposituri, ne qua tam  
 rectum, tam sanctum, tam honestum publicum privatumque bonum  
 valeat humana ratio perdere. Nunc quantam ex hoc tam amplo  
Qua de re humiliter supplicat Franciscus Philelfus antedictus, ut prefata celsitudo vestra dignetur in hoc sibi gratiam specialem per patentes faciendo litteras concedere et dispensare, quod supplicans ipse potuerit valide ac ei licuerit condidisse testamentum eiusmodi suum necnon quod qui denuo possit illud reficere seu codicillari meliorando plus aliquem seu aliquos ex eis quam alios et cuicumque voluerit legata faciendo de omni quantitate et secundum et prout conscientie sue melius visum fuerit. Quodque dicti eius filii et nepotes seu ablativi aut aliquis eorum nequaquam possint reclamare petere consequi et habere de eius hereditate nec de aliquibus bonis suis nisi illam partem dumtaxat, quam ipse declaraverit eos habere debere et eatenus, quatenus ipse disposuerit et non ultra decernendo et mandando, quod quidquid ordinatum et adiudicatum fuerit per eius ultimum testamentum aut

codicillum valeat et teneat et roboris firmitatem obtineat  
predictis statutis et ordinibus communis Mediolani et quibus-  
cunque legibus et aliis in contrarium non attentis, quibus  
in hac parte dumtaxat et certa scientia et de vestre pleni-  
tudine potestatis derogare dignemini.

## LXXIV

LETTER OF FRANCESCO PHILELFO TO THE DUKE OF MILAN  
(ASM Autografi 127, 3; II, 32 autogr.)

Illustrissimo signor mio.

Non ve potrei in alchuno modo narrare il singularissimo piacere, che ho ricevuto del magnifico dono, che senz'alchuno mio demandare facto me havete de ducati larghi cento, et questo tanto più che havete verificato il sacro decto del psalmista: In te speravi domine, non confundar in aeternum. Ingegnaròme in tal modo portarme cerca l'essere grato verso l'excellentia vostra, che ve advederete, che non mancho nel fare che nel dire me potrete in ciaschuno vostro commendamento adoperare. Regratiandove illustrissimo signor mio quanto più posso de tanto et si necessario subsidio, il quale dato me havete in tanta mia extrema necessitate. Solo d'una gratia ve voglio preghare, ma sia senz' alchuno vostro desdegno, che consyderato che io sono quasi nudo ve piaccia per vostra gratia et clementia donarme uno vestito de qualunque qualitate se sia o almeno una cavalcatura per la mia persona. Ma quando io ve paresse importuno, sarò contentissimo non ne facciate niente. Raccommandandome sempre a la vostra sublimitate. Il mio partire serà piacendo a la vostra excellentia dentro da X overo XII giorni.

Illustrissimae tuae excellentiae

fidelissimus servus

Franciscus Philelfus

A tergo:

Illustrissimo principi nostro

## LXXV

LETTER OF FRANCESCO FILELFO TO BONA, DUCHESS OF MILAN  
(ASM Autografi 127, 3; II, 33 autogr.)

Illustrissima madonna.

Credo ve recordate de quando per un'altra mia lettera significai a l'excellentia vostra, che io volentieri farei el resto de la mia vita in milano, dove sono vissuto anni XXXVIII in quanto ve piacesse che io exercitasse el mio intellecto et ingegno cercha la exaltatione et gloria de la casa sforzescha et ducale et vostra in modo però, che io li potesse stare senza havere a mendicare et stentare, come faccio al presente. Se la signoria vostra se degna provvedere, che dato me sia per ciaschuno anno quanto me dava lo illustrissimo signore duca Francesco, cio è ducati seicento, io remarrò obediente et seguirò l'opera comenzata chiamata la sforzada, de la quale sono in la libreria del castello de Pavia libri octo et manchano anchora libri VI che fiano in tutto libri XIII. Et finiti questi comenzarò altre opere, le quale seranno in perpetua gloria de la vostra sublimitate et de lo illustrissimo duca Johanni Galeazzo et de tutti li vostri. Ma sopra tutto me bisogna, che la signoria vostra me faccia subsidio et prestanza de ducati mille sopra la decta mia provesionione scontando ogni anno ducati cento, sichè io per la decta defalcatione resta ad havere per ciaschuno anno ducati cinquecento. La quale prestanza a me è necessaria, perchè ho una figliola a maritare de anni XVIII et oltre di questo ho impegnato cio, che ho al mondo, a l'usura, come se po chiaramente vedere. Illustrissima madonna non ve recrescha la spesa, la quale ve sarà utilissima et gloriosa per più respecti. Raccommandandome sempre con ogni fedelissima sobgectione ala vostra illustrissima signoria.

Illustrissimae vestrae excellentiae                      fidelissimus servus  
Franciscus Philelfus miles  
et poeta laureatus

A tergo:

Illustrissime et excellentissime domine mee domine Bone  
Vicecomiti inclyte duci Mediolani etc.

## LXXVI

LETTER TO ONOFRIO STROZZI (25.I.1435)

(Museo Correr, Cicogna 1756, ff.15-16)

Franciscus Philelfus Onofrio Strozae Pallantis filio salutem dicit.

Etsi superioribus diebus secundum litteras ad te dedi, nostri tamen offitii ac summae benivolentiae arbitratus sum, ut quam temporum iniquitas mutuum inter nos commentationem sermonemque interceperit, huiusmodi scriptitandi alloquio sarciamus. Id ego, quantum in me fuerit, et antea praestiti et posthac item praestabo quam diligentissime. Te autem non mediocriter sum miratus, qui, cum caeteris hoc humanitatis et beneficentiae munere praestare omnibus consuesti, impraesentiarum non taceas solum, verum etiam sileas. Num fortasse Pythagoricus factus es? Proinde si ipse quoque Pythagorico te decreto addixisti, posteaquam istuc vos detrusit invidia, ascribe linguae silentium quantumlibet, modo manus amicitiae desiderio satisfaciat. Fac igitur me quam primum certiores, quo animo fers iniuriam. Vereor enim, ne qua te aegritudo teneat. At magni est animi iniurias contemnere, praesertim eas, quae summa cum impietate ac scelere inferuntur. Nam si Socraticus ille Xenophon ingratitudinem vehementissime execratur, quoniam qui sit ingratus, eundem impudentem esse necesse est, impudentiae vero omnia insint vitia, quo eum nomine appellabimus, qui vitae affectus beneficio non modo non attulerit gratiam, sed extrema potius vos iniuria atque contumelia et insectatus sit et insectetur assidue? Verum si ut divinae religionis verissima sententia est: Nullum malum poena, nullumque bonum sua muneratione tandem vacat, bono te animo esse decet. Nam facta vicem invenient aderitque vocatus Apollo. Interea vero, si me amas, moderare dolorem tuum neve irae aut ullis animi perturbationibus concede! Quod quo facilius facturus sis, satyram istam quotiens otiosus fueris lectitato! Ubi si quid aliud certe boni offenderis nihil, illud certe ubique occurret nihil vobis accidisse molestius, quod Philelfus tuus non multo ante impendere et animadvertisset et cecinisset. Sed Cassandra fuimus. Vale, et me patriciis istis clarissimisque Venetis carum effcito.

Ex Sena VIII<sup>o</sup> Kalendas Februarii 1435

LETTER TO NICODEMO TRANCHEDINI (No date)  
(Ricc. 152, ff.199v-200)

Consuetudine fu già apresso i Persiani, che qualunque andava al re per alcuna gratia impetrare, gli portava doni, quali del donatore dichiaravano l'animo, la fidelità et benivolentia. Et il re quegli riceveva in modo, che non cupido, non avaro, ma benefico et gratissimo si mostrava con premiare quegli con vie maggiori et con pretiosi doni. Inde è, che Artaxerxe nel ricevere lietamente da quel suo rustico et rozo homo pieno amendue le mani d'acque di fiume et nel remunerarlo regiamente dagli scriptori è tanto laudato. Et Antigono renuntiante il consiglio d'Aristodemo philosopho, che s'abstenesse dal molto donare, con somma laude de'literati huomini è celebrato. Da la quale laudabile consuetudine mosso io proposi in me medesimo, dal dì che mi fu noto il tuo florido ingegno, donarti qualche cosa, che della mia benivolentia verso di te facesse testimonio, aspectando da te molto maggiore et più regio premio, che il mio dono. Non però oro nè argento o altre cose mondane richego, delle quali quanto tu sia liberale et largo et a me et a qualunchaltro è notissimo, ma maggiore assai et di più pregio. Et vostro è, che tu sia grato havermi nel numero de' tuoi benivoli servi, gratia, se io l'acquisto, assai più accepta a me che qualunchaltro thesoro. Et nello esaminare in me medesimo, qual dono ti dovesse essere più conforme, in fine stimai questo libro, nel quale è scripto ecc.

## LXXVIII

LETTER TO NICODEMO TRANCHEDINI (26.VII.1453)

(Ricc. 834, f.lv)

Philelfus Nicodemo Tranchedino salutem.

Nudiusseptimus Romam veni, cras iter ad Neapolim capiam, id quod gratumne futurum sit principi nostro an minus gratum non satis scio. Ego tamen operam dabo, ne ulla ex parte officium meum possit accusare. Tu velim interea temporis quam diligentissime cures, quod iampridem mihi coram recepisti.

Vale. Et litteras meas Matheo Pisauro reddendas Mediolani quam primum cura. Hoc mihi gratius nihil facere potes.

Ex urbe Roma VII Kalendas Augustas 1453



## LXXIX

LETTER AND POEM TO CARLO GONZAGA (22.VII./1.VIII.1454)  
(Marc. lat. XIV, 262 (4719), ff.106v-109)

Potes ex his pauculis versibus intelligere, inclite Karole, nulla fortunae mutabilitate fieri in hanc diem potuisse, ut splendidissimi tui nominis, ut nostrae mutuae benivolentiae obliviscerer. Nam cum alia nostra opuscula tum et Sphortias ipsa tota, quam scribimus, tuis laudibus seriorum iocorumque intentu (?) referta est. Hoc autem tempore nihil est, quod magis cupiam, quam de tuo omni statu certior fieri. Nam de me nihil habeo, nihil est novi, quod audias. Ita sum constitutus, ut nihil malim quam mutare caelum, id quod non diu post futurum spero. Sunt enim musae eo ingenio, ut nulla cura angi velint, ut nolint cogitare de crastino. Mendicare et canere simul esse non possunt. Vale, decus meum.

Ex Mediolano Kalendis Augustas 1454

Si quid es litterarum aut aliud quicquam ad me daturus, id omne clarissimo patricio Veneto Bernardo Justiniano summi illius viri Leonardi filio deferri iube.

Illustrissimae dominationis tuae

observantissimus  
Franciscus Philelphus

There follows Ode V, 4.

LXXX

LETTER TO NICODEMO TRANCHEDINI (15.IV.1455)  
(Ricc. 834, f.1v)

Franciscus Philelfus Nicodemo Tranchedino salutem.

Te etiam atque etiam rogo, ut hasce litteras comiti camerario Aenico Davalo reddi Neapoli et quam primum cures et quam diligentissime. Miror, quod nullas ad me ex Florentia litteras dederis, quibus fierim certior et de re Cosmiana et de ceteris. Alexander rursus litteras ad me dedit, quibus scribit ex Cosmi ipsius sententia fore, et cum Florentiam reverteris, negotio nostro opera detur. Vale.

Ex Mediolano XVII Kalendas Maias<sup>1</sup> 1455 raptim

1: Martias, cod.;

## LXXXI

LETTER TO NICODEMO TRANCHEDINI (12.I.1459)

(Ricc. 834, f.7)

Franciscus Philelfus Nicodemo Tranchedino salutem.

Qui Pium ecclesiae Romanae pontificem peto salutandi gratia ad urbem Romam, audio ex itinere iam illum prope obviam mihi fieri, id quod bonis avibus dictum velim atque opto. Tu interim cura publicae fidei litteras confectum iri et eas mihi in curia quam primum reddi. Qua quidem de re et ad magnificum virum Cosmum Medicem et ad eius filium Petrum, clarissimum optimumque virum, diligenter scripsi. Quidquid pecuniarum erogaveris, id ego illi persolvam, a quo litteras acceperim. Celeritate et diligentia opus est. Vale.

Ex Perusia pridie Idus Ianuarias 1459

## LXXXII

LETTER TO NICCOLO CANALE (28.XII.1459)

(Vat. lat. 5131, f.106v)

Quod ego te vehementer et diligam et observem, cum aliis multis rebus coniectare potes, tum e nostro Sphortiadis carmine debes non obscure intelligere, ubi quotiens opportunus locus occurrit, nunquam praetermitto splendidissimum nomen tuum immortalitatis memoriae consecrare. Quod si quid autem principium quicquam alium in huiusmodi opere fortassis ostenderit, id non meo erga florentissimam tuam rem publicam animo, sed vel materiae ipsi vel tempori dandum est. Quid enim fuisset acturus, si apud vos essem?

Quod autem Malipperius scribo et non Malipperrus, id optima ratione factum est. Nam graece mala valde significat, hippos equus, ero autem tollo, a quibus Malipperius deductum cognomentum illustrissimo isti principi Paschali egregie convenit et linguae maternae voci melius respondet.

Quod gravem et serenum senatorem Paulum Tonitrum maluerim quam Thronum appellare, id quoque non temere factum est, nam ut audio nunquam per desidiam sedet Paulus, sed ut est animo magnifico et invicto et cum veluti terribilis quodam vocis tonitru qualis Cato aliquis Censorinus fulminat in homines improbos et iniustos.

Haec satis iocatus sim. Non tamen invitus audiam sententiam tuam. Vale, et me illustri isti principi unice commenda.

Ex Mediolano V<sup>o</sup> Kalendas Ianuarias MCCCCLVIII

## LXXXIII

LETTER TO NICODEMO TRANCHEDINI (1.II.1466)

(Ricc. 834, f.6v)

Franciscus Philelfus Nicodemo Tranchedino salutem.

Quas diebus proximis litteras ad te dedi ea lege, ut Tholentinum mitterentur, eas acceperisne, abs te certior fieri cupio. Praeterea, si quid aliud novi habes, id velim ad me diligenter scribas. Apud nos aliud nihil nisi omnia regi Francorum secunda esse. Vale, et litteras hisce inclusas ut Antonio architecto reddendas cures, a te peto.

Ex Mediolano Kalendis Februariis 1466

## LXXXIV

LETTER TO NICODEMO TRANCHEDINI (2.VIII.1468)

(Ricc. 763, ff.450v-451; Ricc.834, f.10, Triv. 873, f.339v)

Franciscus Philelfus magnifico viro Nicodemo Tranchedino  
ducali secretario salutem.

Te rerum mearum curam usque diligentem gerere in dies  
magis magisque experior. Itaque non possum non gratulari mihi,  
quod eum te amicum sim adeptus, qui nullo amoris munere ab me  
superari velis. Illustrem principem Urbinatem Fredericum meum  
cumulatissime istic voluntati meae satisfecisse gaudeo, et probo  
consilium tuum, quo in litteris usus es, quamquam longe gratius  
mihi futurum sit,<sup>1</sup> si vir magnificus Petrus Medices sine ullo  
persuasore quod tantopere cupimus et ipse pollicitus est saepe,  
aliquando navaverit. Idque ut faciat, tu velim meo nomine eum  
horteris ac roges. Hoc erit mihi donum tam gratum, ut ei sim  
perpetuas gratias habiturus. Praeterea quod antea ad te scripsi  
de ornatissimo equite aurato Thoma Soderino id ut assidue cures,  
a te peto. Is mihi omne suum studium est pollicitus nec fallet  
opinionem meam. Nam quantum ex quotidiana consuetudine odorari  
potui, vir est Tomas Soderinus<sup>2</sup> et probus et integer et perbenignus  
et ex rarissimo hominum numero, quem eo magis amo, quod perspicue  
norim singulari affectum<sup>3</sup> benivolentia atque observantia<sup>4</sup> in virum  
praestantissimum Petrum Medicem, cui uni, quod optem, omnia esse  
quam<sup>5</sup> fortunatissima, optimus testis es.

Quae<sup>6</sup> de Appiano Arrhianoque scripsisti, nihil est, quod  
labores. Non enim hos quaerebam graecos, sed Hamianum<sup>7</sup> latinum  
historicum, quem penes hominem illum rusticanum, de quo<sup>8</sup> prius  
ad te scripseram, esse tanquam in vincla coniectum in cella  
promptuaria certe scio. Itaque arte utendum est, ut extorqueatur  
captivus ille ex unguibus harpyae rapacissimae. Vale. Et me  
illustri compatri meo et carum redde et commendatum.<sup>9</sup>

Ex Mediolano IIIII Nonas Augustas MCCCCLXVIII

---

1: sit, om. Ricc. 834

2: Soderinus] oderinus, Ricc. 834

3: affectum] affectu, Ricc. 834

4: atque observantia, om. Ricc. 834

5: quam, om. Ricc. 834

6. Quae] Quare Ricc. 763

7: Hamianum] humanum Ricc. 834

8: de quo] qui de Ricc. 834

9: et commendatum, om. Ricc. 763

## LXXXV

LETTER TO NICODEMO TRANCHEDINI (9.III.1470)

(Ricc. 834, f.12)

Franciscus Philelfus magnifico viro Nicodemo Tranchedino salutem.

Quae in proximis tuis litteris significasti, et intellexi perpulchre et quid sentirem, monui te. Id quod ex iis debes litteris egregie callere, quas meo nomine comunis filius Franciscus noster ad te dedit. Quid ego de me statuerim, audisti antea, nec est, quod mutetur sententia. Caeteri quo in statu sint, ea est coniectura, quod octo mensuum statutas omnibus mercedes princeps sibi interceptit eas tum redditurus post illud temporis. Ego te istic esse percupio, sic enim melius rei tuae familiari consulitur. Vale.

Ex Mediolano VII Idus Martias MCCCCLXX

## LXXXVI

LETTER TO NICODEMO TRANCHEDINI (8.VIII.1471)

(Ricc. 834, f.13v)

Franciscus Philelfus magnifico viro Nicodemo Tranchedino salutem.

Intellexi ex tuis litteris, quas tertio Kalendas Augustas ad me dederas, quod mihi minime erat obscurum te memorem esse mei. Tui igitur muneris fuerit ita rei operam dare, ut me quam primum eruas ex hisce fluctibus. Vale.

Ex Mediolano VI Idus Augustas MCCCCLXIX (erroneously for: MCCCCLXXI)

Tuè liberi imo nostri valent quam optime. Franciscus apud principem agit, minor natus apud Gabrielem Paverum nostrum. Vale iterum.



## LXXXVII

LETTER TO NICODEMO TRANCHEDINI (15.III.1472)

(Ricc. 834, f.14)

Franciscus Philelfus magnifico viro Nicodemo Tranchedino salutem.

Tot meis sollicitatus litteris semper taces. Num quoniam nihil habes, quod mihi sis gratificaturus? At saltem quidquid habes, satis mihi grata tua voluntas est. Non saltem intelligis nobis verba dari? At hoc demum scripseris, ne videaris etiam tu dedisse verba. Quidquid<sup>1</sup> nunquam fecisti me certiores redditaene fuerint summo pontifici litterae illae meae, quibus defensio Pauli pontificis continetur et item duae odae altera graeca, altera latina? Cura, ut haec litterae hisce inclusae quam diligentissime reddantur Johanni Antonio Feruffino. Vale.

Ex Mediolano XV Marcii 1472

---

1: Quidquid] quidquod, cod.

LETTER OF LEONARDO BOTTA TO FRANCESCO FILELFO  
(13.XI.1453)

(München, Staatsbibl., Clm 459, ff.91v-92;  
and Clm 5369, ff.169v-170)

Leonardus Bottus eximio oratori et poetae laureato domino  
Francisco Philelpho equiti aurato salutem.

Superioribus diebus tuos quosdam versiculos ab Alberto Enoch  
materno<sup>1</sup> sermone scriptos accepi, quibus quidem liberalissimus  
dominus Sancteo Bentivolus non minus delectatus est quam a me  
pulcherrimi<sup>2</sup> visi sunt. Tantus est amor eius ac observantia in te.  
Quamobrem eius negotium tibi plurimum commendo; ubi minus  
confeceris, ut conficias eius nomine rogo atque maiorem in modum  
te oro et obtestor. Quo quidem nihil gratius ei praestare possis  
nec optabilius quicquam umquam.

In primis abs te peto, ut orationem magnifici<sup>3</sup> Aragonum regis,  
quam mihi abiens opere nondum emendato dare noluisti, nunc tandem  
dare velis, ut aliquid aliud pulchrius tuo Marte, si quid est in  
manibus, ut mihi coram facturum recepisti, Et si quid est, quod  
me velis, tum domino Sancte utere meo<sup>4</sup> tuo iure, quoniam omnibus  
negotiis tuae<sup>5</sup> dignitati me favere institui. Et si secus quid  
tua dignitas postularet, a tergo dixerim, ignoscas quaeso, nam  
tua virtute es tantum et dignitatis et auctoritatis paulo ante  
consecutus, ut difficilior sit tituli exitum quam principium  
reperiri. Vale.

Bononiae, Ydibus Novembris 1453

Iterum vale, karissime decus.

---

1: materno, Clm 5369] nostro, Clm 459

2: pulcherrimi, mss.: pulcherrime

3: magnifici, om. Clm 5369

4: meo, Clm 459] me, Clm 5369

5: tuae, om. Clm 459

## LXXXIX

LETTER OF DONATO ACCIAIUOLI TO FRANCESCO FILELFO  
(6.VIII.1454)

(Firenze, Bibl. Naz. Centr., Magl.<sup>VII</sup> 1390, f.86)

Donatus Acciaolus Philelpho salutem

Quidam familiaris meus, cui nota est benivolentia in me tua, venit ad me nuper dixitque mihi se compertum habere commentarium quoddam in<sup>1</sup> triumphos Petrarce olim a te esse compositum, quod quidem cum putaret ornatissimum esse et elegantissimum idque videre maxime exoptet, valde me rogavit, ut de hac re aliquid ad te scriberem. Ego vero, cum voto familiarissimi mei obsequi velim, te oro pro tua in me humanitate, ut id commentarium aut ad me mittas aut Pigello Portinario dedas, qui curabit, ut ad me perferatur.<sup>2</sup> Erit enim mihi gratissimum, si hic familiaris meus intelliget litteras meas apud te plurimum valuisse. Vale.

Florentie die VI Augusti 1454

---

1: in, above line, corr. for: sub

2: ut ... perferatur, corr. above line into: perferendum

(Firenze, Bibl. Naz. Centr., Magl.<sup>VII</sup> 1390, f.86v)

Donatus Acciaolus Philelpho salutem

Bartolomeus harum litterarum lator summa mecum familiaritate coniunctus est diligoque hunc virum cum propter suam in me benivolentiam, tum propter virtutes suas, que in eo non mediocres sunt. Is cum nunc Mediolanum veniat et doctissimorum virorum observantissimus sit amicitiamque tuam consequi velit, me rogavit, ut ad te aliquid scriberem seque tibi plurimum commandarem. Nota est enim ei benivolentia in me tua et singularis amor, quo propter tuam in me humanitatem tibi sum coniunctissimus. Quare, cum non solum me tibi amicissimum esse, sed etiam videri velim et huic familiari meo gratificari exoptem, te oro, ut eum suscipias in intimos amicos tuos tum consilio et opera, quacumque potes, maxime iuves, ut is intelligat commendationem meam apud te non fuisse vulgarem. Vale.

Die VI Augusti 1454

XC

LETTER OF DONATO ACCIAIUOLI TO FRANCESCO FILELFO  
(5.IX.1454)

(Firenze, Bibl. Naz. Centr., Magl.<sup>VM</sup><sub>A</sub> 1390, f.88)

Domino Francesco Philelfo

Letor te letatum esse litteris meis. Utinamque talis essem, qualem me fieri video a te viro nostre etatis eruditissimo, utinamque littere mee digne essent auribus tuis, quas propter eximium ingenium exquisitamque doctrinam te habere teretas et religiosas certe scio. Sed nos tantum docti disetique possumus, quantum Tyrones, qui sine duce militant in excellenti et ardua laboriosissimaque disciplina. Non enim per etatem licuit tempore tuo, quando hic litterarum studia floruerunt, te aut tui similem, quem difficile esset reperire, ducem sortiri, quem imitari, quem sequi possem, a quo et dicendi et scribendi precepta summerem. Itaque tantum profeci, quantum studio et industria et amore quodam litterarum consequi potui. Commendatio autem mea pro Bartolomeo Collensi, quantum apud te valuerit, non solum tuis litteris, sed etiam suis certior factus sum. Quare et si mihi dubium non erat te in familiares meos pro tua in me humanitate offitiosum fore, tamen gratissimum mihi fuit hunc Bartolomeum perhumane a te esse susceptum eique declaratum me apud Philelphum doctissimum ac prestantissimum virum vel amicissimi hominis vel carissimi filii locum obtinere. Angelus autem Acciaiolus, quem scio a te vehementer amari, vesanice te, ingenium tuum, doctrinam, humanitatem tantum diligit, ut nihil eque exoptet, quam Philelphum maxime fortunatum honoratumque videre. Itaque habes eum et nos omnes, qui ex eo pendemus, virtutis tue amantissimos, quibus potes et debes in omnibus rebus tuis familiarissime uti. Vale.

Florentie Nonis Setebris 1454

## XCI

LETTER OF DONATO ACCIAIUOLI TO BARTOLOMEO SCALA  
(5.IX.1454)

(Firenze, Bibl. Naz. Centr., Magl.  $\overline{\text{viii}}$  1390, f.88v)

Donatus Bartolomeo Opisco Coll. salutem.<sup>1</sup>

Franciscus Philelphus, vir omnium humanissimus meique  
amantissimus, nihil gratius mihi facere poterat, quam te hominem  
summa mecum familiaritate coniunctum benivole et amanter susci-  
pere tibi ob commendationem meam operam studiumque suum in  
omnibus rebus polliceri. Itaque ei amplissimis verbis gratias  
ago, tibi vero plurimum gratulor, quod in eius familiaritatem  
veneris, quem ego tanti facio, ut non solum cum doctissimis  
viris aetatis nostrae comparandum putem, sed etiam inter  
antiquos illos numerandum, qui et ingenio et doctrina tantum  
caeteris praestiterunt, ut † iuvant etiam clari hodierno die  
et vi † admiratione sint omnium gentium. Fruere igitur amicitia  
et consuetudine istius praestantissimi viri, quem quanto magis  
experire tanto vehementius in dies eum amabis. Nam in eo  
reperies ingenium prope singulare, mores, doctrinam, humanitatem,  
modestiam, tum urbanitatem, quae solet in amicitia esse gratissima.

Commentum in triumphos Petrarcae, non in cantilenas quaere-  
bat familiaris ille meus, quod, cum non reperiatur, non est  
necesse amplius laborare. Eo enim aequo animo carebimus. Vale.

Florenze Nonis Septembris 1454

---

1: in marg.: Bartolomeus Scala idem est ac B. Opiscus

LETTER OF DONATO ACCIAIUOLI TO FRANCESCO FILELFO  
(27.VI.1461)

(Firenze, Bibl. Naz. Centr., Magl.<sup>VIII</sup><sub>A</sub> 1390, ff.37-37v)

Cum nuper a te suscepi grecis litteris scriptum, quem ego igneum appellare non du<bito>... ac ita elegans ita suavis non solum mihi, sed etiam doctissimo viro Argirophylo Bizantio visus est. Huic<sup>1</sup> ego statim et binis epistolis tuis, quas iampridem a te acceperam, et his versibus, qui tanta sunt iocunditate referti, more meo latinis litteris respondere institui,<sup>2</sup> sed noli existimare me oblivione aut negligentia ductum siluisse tecum diutius fortasse quam decuit. Ego enim tui oblivisci nunquam possem, quem etiamdiu incredibili studio mihi colendum amandumque proposui propter tuum summum ingenium, suavissimos mores, singularem eruditionem atque doctrinam. Verum acceperis primis ac secundis litteris tuis, cum vidissem te illius Apollonii desiderio non mediocriter laborare, existimavi veri amici officium esse non prius verbis quam re tibi tueque voluntati morem gerere. Itaque huius silentii culpam non tam in me quam in dominum illius libri conferendam puto, cuius impetratio difficilior quam Sagunti expugnatio fuit. Nec ego tam Pythagoram Samium vite mee auctorem habui, <sup>nec</sup> putavi umquam facultatem loquendi nobis datam esse natura, ut deinde perpetuo silentio uteremur. Quis est enim tam rudis, tam expers omnium rerum, qui non norit homines cum in plerisque aliis tum in eo precipue ceteris animalibus antecellere, quod loqui suo arbitratu possint? Hoc tam eximio munere<sup>3</sup> nature qui aut non uti aut abuti putant oportere, magnopere vituperandos censeo. Nam si verum fateri volumus, que<ami>citia, que societas, que vite con suetudo aut iniri inter homines aut integre servari silentio potest? Sed hec de silentio satis.

Verum in me non tam silentium quam sero responsio reprehendi posse videtur, in quo nec Pythagoram Samium nec quenquam philosophum quam potius Hesiodum poetam preceptorem habui, qui eadem mensura reddere iuber, qua acceperam, aut etiam cumulatius, si possis. Ego enim a Phylelpho iampridem serius responsionem acceperam, ut tu ipse principio cuiusdam epistole his

testaris: 'Quod serius responderam tuis litteris'. Quare nec mirari nec queri nec mihi succensere debes, si domini Philelphi doctissimi viri exemplum in respondendo litteris amicorum sum apprime secutus. Sed de his hactenus.

Quod vero et superioribus litteris tuis et his versibus, quos nuper suscepi, nunc ad virtutem, nunc ad eruditionem litterarum tum grecarum cum<sup>4</sup> latinarum hortaris, facis tu quidem ut optimus parens, qui me ut filium ad ea consequenda impellis, que sola sapientes viri ad bene beateque vivendum pertinere arbitrantur.<sup>5</sup> Quid enim reperiri tam eximium aut tam expetendum potest quam eruditio litterarum cum bonis moribus bonaque vivendi ratione coniuncta? Mihi vero ad hec persequenda studium forte et ingenium, voluntas profecto numquam defuit nec deinceps defutura esse videtur, presertim si Philelphi ac aliorum doctissimorum hominum fuerit et preceptis et monitis confirmata.

Quod vero a me petis, ut te certiores reddam de Argyropolo nostro ac choro totius Achademie Florentine, scias velim omne studium nostrum cum ad grecas litteras tum ad philosophiam et bonarum artium disciplinam esse conversum ac utriusque exercitationis ducem habere tuo ac reliquorum iudicio optimum Argyrophylum hunc, qui antiquorum more sapientiam docet nititurque, quoad per eum fieri potest, ut cives nostri, qui aut velint aut possint, aliquam philosophie cognitionem cum dicendi ratione coniungant. Verum ut ille viva voce, sic tu litteris iuvare nostra studia potes. Quod ut facias, te etiam atque etiam rogo. Vale.

27. Junii 1461

---

1: Huic] cod.: huius

2: institui, om. cod.

3: eximio munere, above line, corr. for: egregio beneficio

4: cum] cod.: tum

5: arbitrantur, above line, corr. for: voluerunt

## XCIII

## LETTER OF GIORGIO VALAGUSSA TO FRANCESCO FILELFO

(Firenze, Bibl. Laurenziana, Acquisti et Doni 227,  
ff.93v-94)

Georgius Valagussa Francisco Philelpho salutem plurimam  
dicit. (Quantopere ipsum amet ostendit)

Nisi profecto tanta humanitas tua esset, quanta praedicatur, vir omnium doctissime, vererer sane, ne id mihi eveniret, quod solem intuentibus contingere solet, qui mediusfidius eum ob nimium splendorem nisi prius quibusdam instrumentis prae oculis positis nullo modo cernere queunt. Sic mihi exordiolum his meis litteris reponenti nomen Philelphi iam totum vulgatum per orbem et super aethera notum succurrebat, in cuius recordatione ob inclytum tuae doctrinae lumen tenebrae oculis oboriebantur et pudore pene subrustico animus scribendi honus subterfugiebat, nisi repente e regione tua pergrandis humanitas mihi oblata foret, quae aciem omnem, ut sic dicam, fulgoris patientem reddens animum iam languescens ad scribendum excitavit, quae sane ea est, ut quilibet facile tibi summa benivolentia necessitateque devinctum se esse cupiat. Quod et nuper, cum Ferrariae aderas, ipse oculis vidi. Nam adeo perhumane erga me habuisti, ut non praeceptor, sed condiscipulus, non summus omnium poeta atque hoc tempore princeps, sed quidam ex mediocribus esse videbaris. O humanitatem, facilitatem, comitatemque viri immensam! Quid credis, adeo me movisti, ut in campis Elisiis, ubi felices nostri maiores esse affirmant, esse noluerim, nisi Franciscus quoque Philelphus adesset. Itaque propediem ad te proficisci animo constitui, cum istam tuam humanitatem mihi plurimum adiumento fore confido. Prius tamen has litteras ad te dare volui meae erga te observantiae testes, ut quantopere tibi deditus essem quantumque in te spei collocaverim, intelligeres. Tu itaque hanc cymbam in portum dirige, in quacunque statione eam locaveris, immobilis consistet. Ardeo enim quadam cupiditate incredibili has litteras, quas sub Guarino praeceptore septem annos didici, exercere ac in omnium utilitatem impartiri. Itaque tu quidnam agendum sit, mihi consule, ut te iam emerito tyrunculus eam demum viam ingrediatur, unde facile gloriam consequi possit. Nec ignarus sum te tanto mihi fore adiumento, ut nihil amplius mihi sit requirendum. De me nihil polliceor, nam uti filio semper utaris quaeso. Vale



## XCIV

## LETTER OF GIORGIO VALAGUSSA TO FRANCESCO FILELFO

(Firenze, Bibl. Laurenziana, Acquisti e Doni 227, ff.94-94v)

Georgius Valagussa Francisco Philelpho salutem plurimam dicit.  
(Si qua condicio apud eum foret explorat)

Superiore mense ad te litteras dedi, poeta insignis, quibus fortasse temeritatis ac audaciae crimine me accusare forsitan potuisti, cum ego adhuc tyro tam familiares litteras ad veteranum militem dare non formidarem. Verum si observantiam amoremque incredibilem in te meum considerabis, fortasse me accusatione tua vacare coniectabis, quo sane effectum est, ut maluerim tantum virum alloqui etiam temeritate aliqua, si qua tamen est, quam pudore ullo balbus obmutescere. Et enim si artem ipsam militarem exercere manibusque arma pertractare peroptarem ac taela meditari cuperem, ad quem potissimum perscriberam, nisi ad summum imperatorem, penes quem nonnulla conditio mihi peroptima consperaretur? Hoc modo, ut parva magnis ego quoque, ut has humanitatis litteras qualescunque exercebam quodam studio affectus, ad quem scriberem, nisi ad Philelphum, qui et Latinis et Graecis litteris cunctos mortales praestat, in quo solo optimarum litterarum studia vigent? Ad te itaque litteras meas direxi dirigendasque in dies esse puto, quibus mansuetudinem tuam etiam ac etiam obsecro atque obtestor, ut si qua pro me optima conditio in ista praestantissima urbe impraesentiarum extaret, ex qua honestum stipendium consecuturus sim, me certiore reddas. Si quid erit, Mediolanum exhortatu tuo advolabo, nam in omnibus, priusquam aggrediare, adhibenda est praeparatio diligens. Spero equidem ob innatam tuam in omnem officiosam operam hoc facile pro me esse suscepturum. Itaque impensius hoc orare desinam, solum istuc persuadeas velim, ubicumque fuero, plus tuum quam meum fore. Vale.

## XCV

## LETTER OF GIORGIO VALAGUSSA TO FRANCESCO FILELFO

(Firenze, Bibl. Laurenziana, Acquisti e Doni 227,  
ff.94v-96)

Georgius Valagussa Francesco Philelpho salutem plurimam dicit.

(An prosan an versificandi artem persequatur illum consulit)

Posteaquam hac tempestate liberior scribendi oblata est facultas, poeta ac philosophe insignis, res sane mihi frugi admodum visa fuit et non parum allatura, si ingeniolum meum quaecumque in hoc veluti simulacro pugnae exercuero, ne si forte aliquando in vero certamine opus fuerit, ab eo penitus alienum esse videatur, nam

ἡ συνήθεια εὖ πᾶσιν ὠφελεῖ

. Videmus enim saepenumero rusticorum militumque arma, si inexercitata aliquo tempore humi iacent, situ et rubigine<sup>1</sup> quadam affici, ut vix dehinc fulgentia reddi possint. Quod cum optime iam diu non ignorarem, scripsissem utique, nisi occupationes ingentes et adolescentulorum durissima cura, durissima, inquam, cura me detinuisset. Obtundebat profecto iterum atque iterum crambe repetita, ut sic dixerimus, ferreum pectus, et adeo obtundebat, ut nedum scribendi, sed ne dormiendi quidem praeberetur occasio. Caeterum, posteaquam honus mihi sane gravius aequae (?) et illam, quam scis, provinciam amoverim, posthac hoc in otio amplius marcescere nolui, quin immo ad aliquem scribendum omnino decrevi, sed ad quem potissimum meas dirigam litterulas,

ἄνθρωπον σοφώτατος

ut est, sic etiam per ora virum veluti unica phoenix volitat. Adde etiam, quod tanto amore me humanitate tua amplecteris, ut si tibi filius essem, maiore non posses, quod iam multum ac diu coniectura quadam facile assecutus sum. Utinam facultas adesset! Cerneret enim si non relaturum saltem gratias ingentes me habiturum esse, quamobrem Socratico sinu has litteras accipito et eas, ubi opus fuerit, more Quintilii corrige sodes et ineptis alline atrum transverso calamo signum. Quod ut facilius facias, non solum soluta oratione, sed et carmine quoque aliquid scribendum putavi ut utrunque perspicias et quid amplecterentur humeri mei mihi persuadeas velim. Difficile est mediusfidius in utroque pariter praestare, quod facile coniectari potest, si eruditissimos priscae aetatis viros consideremus, qui si pede liberi

---

1: rubigine, Ms: erugine

aliquid litteris mandaverunt, a versu ipso sane abhorruisse videntur, si vero metricam artem callent, solutam orationem aliquo modo aspernantur, quoniam in utroque excellere difficillimum existat. Quod cum ita sit, magis ac magis ingenium tuum non humanitus sed divinitus tibi concessum admiror, quod unicus illud consecutus sis, quod nemo illorum maiorum, qui tantopere extolluntur, comperavit. Maronem constat adeo numeris deditum fuisse, ut cum sermonem quandam in prosa edidisset, incultissimus sit habitus indoctoque similimus. Cicero ipse nonne a Iuvenale chachinno quodam excipitur, nonne illa diridenda poemata appellavit: 'O fortunatam natam me consule Romanæ?' Quare inficias non eamus utrumque egregie tenere difficillimum esse. Unde satis superque extollendus es, vir admirande, cum pariter utranque facultatem adeo ad unguen teneas, ut, cum metrica aliquid facias, Maronis, si vero quid prosaice cudis, Ciceronis esse videatur. Nec te sectantem levia nervi deficient animique nec grandia professus turges aut in humili caractere, si quando ludis, non serpis humi tutus nimium timidusque procellae, quod prudentissime Horatius vetat. Verum secundum decorum cuiusque omnia erudite, omnia distincte copioseque in medium profers, ut nihil eruditius, nihil ornatius, nihilque gravius excogitari possit. Sed his reticebo digyptumque labello ponam, ne fortasse putares me assentatiuncula quadam tuam benivolentiam vindicare. Nam humanitate tua, ut initio dixi, non mediocri amore me amplecteris, sed omnia haec ex animi sententia proficiscuntur; verum quid opus verbis est? Nonne tota Italia totaque Graecia te summum oratorem summumque poetam praedicat atque decantat? Quare te potissimum selegi, quem et amplecti et imitari more maiorum percupio, nam etsi ab his, qui perfectum oratorem reddiderunt, iubemur aliquem doctissimum eligere, cuius vestigia imitemur, cui mirum videri debeat, si te prae aliis mihi ascivi, quem pro viribus imitarer, ut tuis, ut sic dixerim, vestigiis compendiosum iter perficiam et illud ductu auspicioque tuo consequar et quod semper usque ἀπὸ τῶν ἀπαλῶν ὀμύχων concupivi, facile mihi vendicem ac victor in hoc evadam. Tu igitur hos versiculos et hanc meam epistolam legas velim et quicquid humeris meis sumendum consulueris, illud, quantum vires valebunt, meae, et aggredi et amplecti et observare contendam. Vale, oratorum poetarumque decus.

## XCVI

LETTER OF GIORGIO VALAGUSSA TO FRANCESCO FILELFO

(Firenze, Bibl. Laurenziana, Acquisti e Doni 227,  
ff.96-97)

Georgius Valagussa Francisco Philelpho salutem plurimam dicit.  
(Ut summo pontifici ipsum commendet<sup>1</sup> obtestatur)

Cum hisce diebus omnino ad te litteras dare decrevissem, cogitabam sane novum ac inusitatum scribendi genus, mensque mea huc atque illuc fluctuabat, ut elegantiam quandam Ciceronianam ac ornatum nectareum suavitatem quandam redolentem exploraret. Optabam equidem eloquentiam Atticam in me tunc inesse, qua merito litterae meae ad eum accedere non erubescerent, qui unicus eloquentiae pater, oratorum poetarumque princeps passim decantatur. Sed diu ac multum cogitanti nequaquam dicendi<sup>2</sup> ornatus occurebat, non dicendi ulla copia, ut litteras te dignas componere possem. Quapropter silentio potius utendum quam quicquam ad Philelphum scribendum opinabar. Verum cum me non lateat, quanta humanitate erga me continenter usus es, quippe qui me semper filii dilexisti loco, quin scriberem haud potui, cum omnia quaecunque scripsero et si inculta, si inornata ac pingue quoddam ac barbarum sonantia, ob amorem erga me tuum sint grata tibi accessura. Sic parentes filiorum garrulitate saepe gaudio afficiuntur, etsi adhuc vix verba formare sciant. In dies magis magisque in eam opinionem adducor, ad quam tantopere exhortaris, qua quidem, cum multum ad diu cogitarim, nihil in hoc saeculo felicius, nihil tranquillius et animae et corpori esse coniecto. Quare me omnino, quem cupis, conspicies. Verum summi pontificis auxilio mihi opus est, ut ab eo mihi munus quoddam constituatur, quo facilius voluntatem nostram perficiamus. Novi enim eum omnium liberalissimum, quam libentissimo animo illius sanctitas his gratificari cupit, quos non omnino ab eius beneficiis abhorrere cognoscit. Solum opus est, ut Georgius ad eius memoriam reducatur. Quapropter ad te confugiendum illico duxi, qui semper et honori et dignitati meae favere solitus, ut Marii Xenophontisque filiorum novi auctoritate<sup>3</sup>, novi commendationem tuam tanti ponderis

---

1: commendet, Ms.: committat;

2: dicendi, Ms.: dicenti;

3: Marii-auctoritate, Ms.: Mario Xenophontique filiis novi auctoritatem

papae fore ut ea sola sperem aliquid maximi emolumenti me consecuturum. Adde, quod iam notus sum pontifici, me iam humanitate sua diligit, facile ad aliquid dignitatis mihi conferendum moveretur, modo exhortatio Philelphi obviam proficisceretur. Te itaque oro, tibi supplico quantum possum, ut mores vitamque meam, si occasio dabitur, summo pontifici commemorare velis. Nescio quo pacto mens praesagit te auctore, te duce ac patrono aliquid boni mihi conductum iri. Temptandum est ergo, pro me aliquid petas oro, omnia, quaecumque volueris, impetrabis scio. Inservies sane ei, qui hoc grande beneficium oblivioni mandare non soleat. Vale.

## XCVII

LETTER OF GIORGIO MERULA TO FRANCESCO FILELFO  
(28.V.14 )

(Firenze, Ricc. 969, ff.37-37v)

Georgius Alexandrinus Francisco Philelfo salutem.

Duabus tuis epistolis, quarum ultima brevissimo et liberali loco me notavit, tandem respondebo neque enim alias a te nisi mordaciore sale respersas litteras expectare debebam, qui nihil tibi rescriberem, quasi aut te contemnerem aut in re minima tibi gratificari nollem. Sed velim scias, ut primum abs te litteras habui, quibus in iuvando Paulo eam pollicebaris operam, quam egregie praestitisti, nihil me aequè curasse, quam ut petitioni tuae cumulate satisfacerem. Itaque conquisitis undique Marciani libellis, - nam quem olim istic habebam in libros iandiu permutavi graecos, - revolutisque iis, quae de grammatica scribit, paucula quaedam de aspiratione scripta comperi indigna sane, quae a me tibi scriberentur. Rursum alio codice petito cum eadem invenissem, ut miratus primum fueram talia a te requiri, sic, quid in hac re scribendum foret, prorsus ignorabam, etsi illud pulchre noveram nihil quicquam de aspirationis nota extra ordinem a Martino praecipi, quod ut credas me ingenue et sedulo in re minima pro te laborasse id, quod in maxima debeo, si volo et memor et gratus in benemeritum praeceptorem discipulus haberi. Id minimum subiungam, quod apud egregium liberalium disciplinarum scriptorem de hac nota legitur. Tu, siquid aliud in re litteraria per me agi volueris, eum in hac parte me invenies, quem et alias cognovisti, et nunc tibi persuadere debes et potes. Vale.

Venetis quinto Kalendas Junias.

## XCVIII

POEM BY PIATTINO PIATTI TO FRANCESCO FILELFO

(Firenze, Bibl. Laurenziana, Plut. 34, cod.54, ff.74-75)

Platini Plati Mediolanensis liber secundus epigrammaton ad  
excellentissimum poetam Franciscum Philelfum

Ex quo me patriae iam septima reddidit aestas  
Votum unum profugo, quod mihi semper erat  
Nulla dies adeo mihi felix albave fulsit,  
Quam lux, imo loquar verius hora brevis,  
Qua mihi nescio quis domina affirmavit in arce  
Vivere te nobis instituisse domi,  
Te quoque principibus nostris servire paratum  
Addidit affectum conditione bona.  
Gratulator Anguigeris ducibus patriaeque tibi,  
Sed magis atque magis gratulator ipse mihi.  
Nondum Sfortiades meritos accepit honores,  
Inclyta perscribes gesta, Philelfe, ducis.  
Divinum illud opus te divo aequabit Homero,  
Nam tua post cineres gloria maior erit.  
Patria vate suo non amplius ista carebit,  
Quo gaudet quantum Mantua vate suo.  
Et quantum ossa Titi decorant Athenoris urbem,  
Tantum reliquiae moenia nostra tuae.  
Nunc operam studiis navabit docta iuventus  
Principe doctorum te duce laeta suo.  
Tecum Pegasides Graiae musaeque Latinae  
Et tecum rediit cum Cicerone Maro.  
Iam mea Palladio pridem mens aestuat igni,  
Hauriat ut rursus dogmaque melque tuum,  
Nec potui frenare manum, quin ederet istud  
Nondum maturum, quod tibi mittit, opus.  
Ne tamen Alcinoos videar dare poma, fatebor  
Omne meum lima carmen egere tua.  
Taliam crediderim Gallum misisse Maroni,  
Si modo Virgilii Gallus amator erat.

Talia facundo Ciceroni Curio misit,

Talia Nasoni culta Perilla suo.

Sunt de messe tua mea qualiacumque leguntur.

Accipe de spicis grana, Philelfe, tuis!



## XCIX

POEM BY ANTONIO CORNAZZANO TO FRANCESCO FILELFO  
(Firenze, Bibl. Naz. Centr., II, II, 62; f.105; autogr.)

Domino Francisco Philelfo militi et poetae clarissimo  
Antonius Cornazanus salutem

Martis stella redit radios orientis ad ora  
Insubrium, magni magne poeta ducis.  
Ensis iter faciet sacrati ad flumina fontis  
Pacifico vati iam prope clausa situ.  
Anxia discordes inter victoria campos  
Expectat pactos ad nova bella duces.  
Ipse colens musas et tutus ab ictibus illis  
Materiam hinc capies, qua meruisse queas,  
Nec tamen ulterius bellum se extendere credes,  
Frigentis voto parvulus ignis erit.  
Ita sibi resides superi spectacula ponunt,  
Turba madens caeli sanguine ludus erit.

POEM BY FRANCESCO FILELFO TO ANTONIO CORNAZZANO  
(Firenze, Bibl. Naz. Centr., II, II, 62; f.106; autogr.)

Antonio Cornazano

In Iovis armigerum veter audet bella movere  
Graculus et tremulam conferuisse manum.  
Iupiter astriifero dum spectat ab aethere, vanam  
Ridet avem simulans dissimulansque vafer.  
Quod sit consilium Iovis et quae certa voluntas  
Me latet, at ratio, quid rear, ipsa docet.  
Nil dabitur nobis, quod sit vel Apolline dignum  
Voceve Pieridas, quae resonare queat.  
Quae paritas ducibus? Quae sit victoria parta,  
Thersites dextra si cadat Aeacidae?  
Expectare iuvat, donec fera proelia Turcus  
Misceat: hic victus pulchra trophaea dabit.  
Interea moderare lyram carmenque volutans  
Pectore grandisonum, florea sarta para.

## C

POEM IN PRAISE OF FRANCESCO FILELFO  
(Milano, Ambros. H 97 sup., f.130v)

Ad Franciscum Philelphum poetam clarissimum

Sphortiadem, Francisce, tuam, lux maxima vatū,  
 Perlegi nimium terque quaterque libens.  
 Perlegi, neque enim poteram dulcedine versus  
 Expleri atque oculos inde movere meos.  
 Nec gravitate caret nec stat sine numine Phoebi,  
 Quod, vir docte, tuo carmen ab ore fluit.  
 Tu terere altisoni calcem cum calce Maronis  
 Aut conferre pares videris ipse gradus.  
 Nec simulata loquor cupide nec blandior auri:  
 Moribus haec longe est ars aliena meis.  
 Crassa sed aut circum gelidis praecordia sanguis  
 Haerens iudicio me caruisse vetat.  
 Aut opus aeterno componis nomine dignum,  
 Quod simul haec aetas posteritasque probet.  
 O felix aetas, Francisce o Sfortia felix,  
 Cui tanti vatis contigit ore cani.  
 Felicesque viri, quos tu dignabere laude  
 Sphortiadosque alto carmine ferre tuo.  
 Namque hos nulla viros delebit ab orbe vetustas,  
 Ipse tuo versu, quos celebrare veles.  
 Perge igitur, vates, neve invida murmura cura:  
 Sfortiaden tecum fac super esse ducem!

## CI

## POEM IN PRAISE OF FRANCESCO FILELFO

(Milano, Ambros. H 97 sup., f.130v)

## Ad Franciscum Philelphum poetam clarissimum

- Sic tibi Nestoream concedant fata senectam,  
 Nestoreum redolent ut tua verba melos  
 Unica vive, precor, nostri iam gloria saeculi,  
 Quo vate invideant tempora prisca novis.  
 5 Vix antiqua dabunt mihi saecula cuncta, Philelpho  
 Quos merito possim praeposuisse viros.  
 Sive sonas altis horrentia cantibus arma,  
 Hic te Lucanum Virgiliumve puto.  
 Mollia seu ludis docto tamen ore cavilla,  
 10 Quem tibi contulerit, non mea musa videt.  
 Hic Veronensis cedit tibi iure Catullus  
 Conceditque tuis passer et ille iocis.  
 Quid memorem, qualis quantus sermone soluto es?  
 Iudice me vix es iam Cicerone minor.  
 15 Vis tanta est Latiae tibi linguae tanta Pelasgae,  
 Clarior in toto nullus ut orbe micet.  
 Ah, mihi cur iustis minor est facundia votis?  
 Cur ego te, vates, laude minore cano?  
 Aut decuit meritos versu tibi reddere honores,  
 20 Aut penitus titulis abstinuisse tuis.  
 Officio sed innatus amor tetigisse coegit,  
 Quod nequit ingenii vis celebrare mei.  
 Parce igitur, non nos animus, verum ipsa facultas  
 Ingenium prohibet posse referre tuum.  
 25 Te tamen egregiae virtutis fama perennem  
 Reddent, te noscent saecula cuncta virum.  
 Aeternum vives et tecum Sfortia vivet  
 Et quisquis foelix dictus ab ore tuo est.

**B I B L I O G R A P H Y**

# **I. Manuscript Sources:**

## **A U S T R I A**

### **Wien, Bibliotheca Palatina:**

Pal. lat. 966 cart. XV.c., f.165: Poem of Francesco Filelfo  
in praise of Pasquale Malippiero

Pal. lat. 2643 membr. XV.c., Francesco Filelfo, Vita di San  
Giovanni Battista

Pal. lat. 3220 cart. XV.c., ff.25-28: Franciscus Philelfus,  
epistola ad Sphortiam Secundum

Pal. lat. 3303 cart. XV.c (1449) 205f., Francesco Filelfo,  
Satyrae

Pal. lat. 3462 cart. XV.c, ff.131-133: Francesco Filelfo,  
epistola ad Ludovicum Foscarini de Turcarum impetu in  
Italiam: Incipit: 'Quae annis superioribus Mantuae iacta  
mihi tecum'

Pal. lat. 3475 cart. XV.c., ff.27v-29v: Francisci Philelfi  
oratio ad Fridericum postea Romanorum regem, Inc.:  
'Existimo te nequaquam mirari', ff.29v-36: Eiusdem oratio  
habita Mantuae maximo coram pontifice Pio II pro  
expeditione Turcarum

Pal. lat. 11240 cart. XVI.c., ff.70v-71v: Francisci Philelfi  
ex epistulis quaedam

Pal. lat. 11562 cart. XVI.c., ff.39-40: Francisci Philelphi  
epistolae binae ad Marcum Cannelolum et ad Leonardum  
Justinianum

F R A N C E

**Carpentras, Bibliothèque:**

393 cart. XIV-XV.c., Francisci Philelfi satira ad Cosmum:  
'Cosme, tuos unquam si mores forte momordi'

1804 cart. XVI-XVII.c., Infra describuntur quaedam notabilia  
extracta de quadam epistola consolatoria Francisci Philelphi  
ad Jacobum Antonium Marcellum ... de obitu Valerii filii:  
'Erige te, obsecro, Jacobe'

**Lyon, Bibliothèque**

Ms. C cart. misc. XV.c., N° 74: Franciscus Philelphus super  
laudibus M.T. Ciceronis: 'Etsi diu permultumque cupierim';  
cfr. F. Novati/G. Lafaye, L'anthologie d'un humaniste  
italien au XV<sup>e</sup> siècle, Mélanges d'archéologie et d'histoire  
11 (1891), 353-416

**Paris, Bibliothèque de l'Arsenal:**

823 cart. XV.c., f.251: Francisci Philelfi, De Jhesu Christi  
sacerdotio ad Sixtum IV pontificem maximum (1476)

1109 XV.c., Lives of Plutarch, ff.93-105: Vitae Galbae et  
Othonis

**Paris, Bibliothèque Nationale:**

Par. gr. suppl. 1285 cart. XV.c., Aristotle, Rhetoric, owned  
by Francesco Filelfo; cfr. H. Omont, Un nouveau manuscrit  
de la 'Rhéthorique' d'Aristôte et la bibliothèque grecque  
de Francesco Filelfo, La bibliofilia 2 (1900), 136-140

Par. ital. 533, Petrarch, with commentary by Filelfo

Par. ital. 1023, Petrarch, Sonnets, with commentary by Filelfo

Par. ital. 1584, contains documents on Filelfo; cfr. P.-M.  
Perret, Quatre documents relatifs aux rapports de François  
Philelphe avec François Sforza, Bibliothèque de l'école  
des chartes 52 (1891), 426-430

Par. ital. 1594, contains documents on Filelfo; cfr. above

Par. ital. 1595, contains documents on Filelfo; cfr. above

Par. lat. 5827 Plutarch's lives, containing translations by  
Filelfo

- Par. lat. 7003 membr. XV.c., Petrarch's sonnets with a commentary by Francesco Filelfo
- Par. lat. 7023, Hippocrates, De flatibus and De passionibus, translated by Francesco Filelfo; copy dedicated to Filippo Maria Visconti in 1444
- Par. lat. 7769 membr. XV.c., Petrarch's Canzoniere with a commentary by Francesco Filelfo
- Par. lat. 7772 cart. XV.c., Petrarch's Trionfi with a commentary ascribed to Francesco Filelfo; written on 8 Jul. 1475
- Par. lat. 7810, contains the official collection of Filelfo's orations
